


Apologia pro  
discursu.


1615<sup>a</sup>






PAUL ADAM NACHFOLGER  
KARL LION  
KUNSTBUCHBINDEREI  
DÜSSELDORF







A P O L O G I A  
P R O D I S C U R S V  
V E R E J U R I D I C O

Historisches Museum  
der Stadt  
Düsseldorf

*Contra*

Discursum quasi Juridicum, eiusque Apodixin  
nuper Francofurti ad Mœnum Typis Æmilianis excusam

*De*

CONTROVERSA SUCCESSIONE  
JULIACENSI, CLIVENSI, ET  
Montensi.

*AUCTORE*

JOANNE JULIO-MONTENSE.

In amorem Justitiæ & veritatis conscripta.

*Summaria huius Apologia primis tribus  
foliis lector reperiet.*



L V B D V N I.  
I 6 I 5.

Hf 769 69704





ELENCHVS DOCUMENTORVM  
QUORUM IN HAC APOLOGIA  
relativè fit mentio.

- D** Evers / so Brandenburg vñnd Neuburg dem Fürstlichen  
haus Pfals Zwenbrücken/der Sälchischen sachen halben/ zu  
Hall in Schwaben/anno 1610. übergeben: Lit. A.
- Investitura Caroli V. über Clew/Waick vñd Genep/de an-  
no 1521. B.
- Investitura eiusdem über Sälch/ Berg vñd Ravenspurg/  
de anno 1521. C.
- Investitura Ferdinandi über gemeles 3. Fürstenthumb vñd  
zwo Graffschafften/de anno 1559. D.
- Investitura Maximiliani II. über die Fürstenthumben vñd  
Graffschafften/de anno 1566. E.
- Investitura Rudolphi II. über diese Fürstenthumben vñnd  
Graffschafften/de anno 1580. F.
- Extract auß der Sälchischen gedruckten Reformationord-  
nung/die Keyf. Confirmation betreffend/de anno 1582. G.
- Extract auß dem Sälchischen Landrags abschieden von jah-  
ren 1452. 1475. vñd 1511. H.
- Concessio Keyfers Friederichs des dritten/Herzog Albrechte  
ten von Sachsen geschehen/ den anfall der Fürstenthumb Sälch/  
vñ Berg/lauch Graffschafft Ravenspurg betreffend/de an. 1483. I.
- Privilegium successoriu Maximiliani I. de an. 1508. K.
- Confirmatio eiusdem cum cassatione expectantiae Saxo-  
nicæ, de anno 1509. L.



*SVMMARIA EORVM QUÆ  
HAC APOLOGIA CON-  
tinentur.*

- 1 **A**uctor Apodixeos imaginativo suo Maioratus alium colorem querit.
- 2 Nimirum pactum Adolphi primi Ducis Cliviæ anno 1418. initum.
- 3 Sed de paradoxo sui quasi Discursus se valdè frigidè purgat.
- 4 Brandenburgicum hætenus terras controversas non possedisse, sed tantum in possessione fuisse : & quare?
- 5 Neoburgensem verò aliquo respectu iustè, aliquo, iniustè possedisse : & quare?
- 6 Utramque partem Domui Ducali Bipontinæ per literas Reversales de indemnitate cavisse.
- 7 Status Romani Imperii, cum maiores, tum minores.
- 8 Comitum Imperii officium.
- 9 Marchionum officium.
- 10 Ducum officium.
- 11 Controversas terras olim Comites possederunt : & qui?
- 12 Districtus Comitatus Teisterbantii.
- 13 Comitatus Altenaënsis abolitus.
- 14 Omnes hi Comites & Duces à Romanis Imperatoribus fuerunt creati & augurati.
- 15 Quod est clientele, fidelitatis, & subiectionis, indubitatum argumentum.
- 16 Tenor pacti Adolphi primi Ducis Cliviæ, quo Jurista apodicticus iam mittitur : 17 Qui

- 17 Qui tamen priùs aliter senserat.
- 18 Quæ causa huic pactiõni occasionem dederit?
- 19 Marcani Status (si vera est historia) huic pacto non assenserunt.
- 20 Malè hoc pactum ad universas terras extenditur.
- 21 Maximè, cum ipso iure fuerit nullum, & invalidum, & quare?
- 22 Nec ab Adolphi posteris observatum.
- 23 Ille ipse Adolphus cum fratribus paternam hæreditatem divisit, quod etiam ex ipsomet pacto constat.
- 24 *Herzog Adolffs Huldigungsbrieff / thut nichts zu g:gn: wärtigen sachen.*
- 25 Verus & vnicus Status præsentis controversiæ.
- 26 Alia fuit Ducis Adolphi, alia Wilhelmi ratio: & quare?
- 27 Privilegium habilitationis à Duce Wilhelmo anno 1508. impetratum, nihil facit ad Maioratum.
- 28 Auctor apodixeos fatetur, hos Comitatus & Ducatus aliquando coniunctos, aliquando divisos fuisse.
- 29 Ducatus & Comitatus diversimodè uniuntur, & quales harum terrarum uniones semper fuerint.
- 30 Confirmationes Cæsareæ, privilegii unionis cum sint relativæ, sine certo relato nihil probant:
- 31 Quod si deficit, necesse est vel obreptitias esse, vel erroneas.
- 32 Vel alium sensum habere:
- 33 Partim nova, partim repetita Juristæ apodictici paradoxa & absurda.
- 34 Filiarum Juliacensium his contraria fundamenta sedecim thesibus inclusa.
- 35 Harum thesium demonstratione & probationes unde depromptæ.
- 36 Veritas primæ thesibus.
- 37 Veritas secundæ thesibus.

- 38 Hos Ducatus & Comitatus à multis seculis fuisse feuda Imperii masculina.
- 39 In privilegiis habilitationum, fœmina interveniens, non mutat naturam feudi, neque ex masculino fœmininum feudum facit.
- 40 Hos Ducatus & Comitatus esse feuda Imperii regalia & maiora.
- 41 Recta & propria.
- 42 Olim antiqua nunc nova.
- 43 Et quidem dividua.
- 44 Ex recepta consuetudine Germaniæ omnes Ducatus esse divisibiles.
- 45 Hos ipsos Ducatus & Comitatus iampridem non semel, sed multoties fuisse divisos & separatos.
- 46 Id exemplis aliquot comprobatur.
- 47 Probatio thesis tertix.
- 48 Thesis quartæ confirmatio.
- 49 Thesis quintæ veritas eiusdem est.
- 50 Thesis sexta fundata est in iure feudali, historiis, & annalibus.
- 51 Thesis septima itidem.
- 52 Thesis octava in iure consistit.
- 53 Thesis 9. 10. & 11. demonstratio.
- 54 Etiam inæqualis divisio est divisio, etsi ius ipsum æqualitatem postulet.
- 55 Actus meræ facultatis necessitatem non important, quæ est sententia duodecimę thesis.
- 56 Von einem gnaden Lehen oder außbringung einer Expectanz auff etnes andern nochlebenden vasallen Lehen: quod ad thesin decimam tertiam pertinet.
- 57 Sächische Anwartsung anno. 1483, von Keyser Friederichen dem dritten erlangt.
58. 59. 60 De veritate thesis 14. 15. & 16.

- 61 Conclusio, præsentem controversiam ex solo privilegio Carolino esse definiendam.
62. & 79 Brandenburgica fundamenta secum ipsa pugnant.
- 63 Plenior historica relatio, de lite inter Adolphum Ducem Cliviæ, & eius fratrem Gerhard. de Comitatu Marcano.
- 64 Gerhardus frater in hac lite ex laudo superior.
- 65 Quod Adolpho occasione præbuit pactum ineundi, (quo apodicticus Jurista tantoperè gloriatur) idque in fraudem fratris. (tatem facti.
- 66 Certè hoc ad præsens negotium nihil facere, ob diversi-
- 67 Quot civitates & præfecturas cõtroverse terræ cõtineat.
- 68 Circumstantiæ ut factum, ita & ius mutant.
- 69 Separatio horum Ducatum & Comitatum Imperio Rom. nihil affert incõmodi, quod exëplis illustratur.
- 70 Nihil etiam ipsorum Statibus & subditis.
- 71 Formula unionis perpetuæ de anno 1496. de modo succedendi nihil disponit.
- 72 Hi Ducatus semper cancellariis, officiis, privilegiis, aliisque rebus fuerunt distincti.
- 73 Fœmina, primogenituræ non est capax.
- 74 De simplici & vero intellectu privilegii Cæs. Carolini.
- 75 De tertio fundamento Brandeburgico, nimirum conventionione matrimoniali Prutenica.
- 76 Princeps in arduis negotiis sine consensu Statuum nihil potest statuere.
- 77 De consensu Imperatoris.
- 78 De statuto Juliacensi quod prætensum Maioratum plane destruit, & in nihilum redigit.
- 79 Coniunge numerum. 62.
- 80 Veritas patrono & defensore non opus habet.
- 81 Conclusio.
- 82 Votum Auctoris.

A P O.

62. Causa de iurisdictione ex solo privilegio  
 63. Causa de iurisdictione ex solo privilegio  
 64. Causa de iurisdictione ex solo privilegio  
 65. Causa de iurisdictione ex solo privilegio  
 66. Causa de iurisdictione ex solo privilegio  
 67. Causa de iurisdictione ex solo privilegio  
 68. Causa de iurisdictione ex solo privilegio  
 69. Causa de iurisdictione ex solo privilegio  
 70. Causa de iurisdictione ex solo privilegio  
 71. Causa de iurisdictione ex solo privilegio  
 72. Causa de iurisdictione ex solo privilegio  
 73. Causa de iurisdictione ex solo privilegio  
 74. Causa de iurisdictione ex solo privilegio  
 75. Causa de iurisdictione ex solo privilegio  
 76. Causa de iurisdictione ex solo privilegio  
 77. Causa de iurisdictione ex solo privilegio  
 78. Causa de iurisdictione ex solo privilegio  
 79. Causa de iurisdictione ex solo privilegio  
 80. Causa de iurisdictione ex solo privilegio  
 81. Causa de iurisdictione ex solo privilegio  
 82. Causa de iurisdictione ex solo privilegio

APD



# APOLOGIA PRO DISCURSU VERE JURIDICO.



UM nostrates paucis ab hinc diebus ex  
 mercatu Francofurtensi domum reuerte-  
 rentur, tuam mihi ( discurrens quasi Ju-  
 rista ) Apodixin, seu scriptum quasi vin-  
 dicium, Ibidem Typis Emelianis impres-  
 sum, de Illustri & nobili illa successione Ju-  
 liacensi, tradiderunt : quam vbi semel atq;  
 iterum perlegi, statim animaduerti, te assertioni, quàm in  
 discursu tuo quasi Juridico antea posueras : nimirum succes-  
 siones tam Cliuenses, quàm Juliacenses ex iure Maioratus,  
 Primogenito, vel eius linea deficiente, primogenitę deferri, a-  
 liud fundamentum vel potius alium colorem interea tempo-  
 ris quæsiuisse, & in locum Unionis † & confœderationis illius  
 solennissimæ & celeberrimæ, quam prouinciarum controuer-  
 sarum Principes, Juliacensis & Cliuensis occasione matrimo-  
 nii inter liberos suos impuberes contracti, in anno 1496. cum  
 vtriusque partis procerum & ciuitatum vnanimi voluntate  
 & consensu in perpetuum erexerunt, pactum quoddam par-  
 ticulare, inter Adolphum primum Ducem Cliuix, & Mar-  
 chix Comitem, eiusque subditos, de successione Cliuensi ini-  
 tum substituisse : quæ in re eatenus laudo ingenii tui cando-  
 rem, quod unionem illam uniuersalem omnium prouincia-

A

2  
 rum de anno 1496. ad probandum assertum Maioratum  
 (quod & verum est, cum de successione verbum nullum con-  
 tineat) nihil facere, iam nunc apertè fateris: nec vitupero,  
 quod etiam in aliis partibus pro confirmatione tuæ assertionis  
 nova argumenta & subsidia in aciem producis, modo ne vicif-  
 sim tu ægrè feras, ut hæc ipsa ad lydium lapidem ipse accom-  
 modem, & qualiter cum in facto, tum in iure subsistant, non-  
 nihil examinem: scilicet ut ex collatione sententiarum tantò  
 manifestior & conspectior emergat veritas, cui omnes boni  
 merito acquiescunt.

- 3 Primum † autem non video, quid ad tuam excusationem  
 faciat, quod paradoxa tua, & vitium in recitatione facti, seu  
 quæstione status à te iam antea commissum, in mei Antidif-  
 cursus initio, non nisi generaliter expresserim, quasi sufficiat  
 ea vicissim per negationem generalem refellere: Si quidem ea  
 quæ ab initio summatim & generaliter dixi, in subsequentibus  
 per partes speciatim docui & probavi: Et sanè omnes Docti  
 animadvertunt, atque etiam fatentur, ex tua sententia illa ipsa  
 paradoxa, quorum tamen non vis esse reus, necessario conse-  
 qui: sed de his suo loco plura: nunc ad rem ipsam accedam, ac  
 primum quidem axiomati tuo (videlicet Serenissimum Domi-  
 num Electorem Brandenburgicum antè alios solum & quidem  
 iustè & legitime possidere terras litigiosas: Principem verò  
 Neoburgicum, non tam unà possidere, quàm detinere, hoc  
 est, in possessione esse, siue iusta, siue iniusta illa sit) aliud axio-  
 ma oppono, nimirum neutrum iusto & legitimo titulo hacten-  
 us possedisse atque etiamnum possidere has terras, sed po-  
 4 tius † utrunq; hactenus de facto eas detinuisse, atque etiam-  
 num aliquatenus detinere. Nihil me morantur à te adductæ  
 leges: Eas enim per se in thesi veras perperam ad præsentem  
 hypothesein applicas, ut ex argumentis, quæ sequuntur, & qui-  
 dem syllogisticis, veritatis amantes intelligent.

Contra Brandenburgicam detentionem hoc sit primum.

Cui non debetur successio, eidem nec possessio debetur.

Atqui Serenissimæ Dominae Electrici Brandenburgensis in præsentia causa, quoad feuda imperii successio non debetur.

Ergò nec eorum possessio.

Minorem, (quam procul dubio inficiaberis) probo syllogismo alio, successio in feuda imperii & quidem recta & masculina, hoc casu, nimirum deficientis lineæ masculinæ ex speciali Imperatoris gratia, non debetur, nisi natis ex domo Juliacensi, Clivensi & Montensi filiabus etiamnum superstitis, & in privilegio Cæsareo Carolino nominatis.

Atqui prædicta Domina Electrix, immediatè non est ex illis Domibus Juliacensi, Clivensi, & Montensi, sed ex Domo Brandeburgica nata, neque in dicto privilegio Cæsareo comprehensa vel nominata. Ergò ei successio, quoad feuda Imperii non debetur, probo & hoc altero syllogismo. Successio in feuda Imperii non debetur foeminis, quæ non ex singulari gratia domini directi ad eam successionem factæ sunt habiles & capaces.

Atqui præfata Domina Electrix à Cæsare, seu domino directo non est facta habilis & capax: Ergo: &c.

Probo & tertio.

Leges Civiles & multo magis Canones nullam possessionem pro iusta & legitima agnoscunt, nisi quæ iusto & legitimo titulo munita est.

Atqui Brandeburgica detentio nullo iusto & legitimo titulo nititur, id quod paulo post demonstrabitur, Ergo, &c.

Probo & quarto.

Non potest iusta & legitima esse possessio, quæ cum legibus Romanis, & consuetudine generali totius Germaniæ pugnat.

Atqui possessio vel potius detentio Brandeburgica pugnat cum legibus Romanis, & consuetudine totius Germaniæ, quod itidem in sequentibus planum fiet: Ergò, &c.

5 Neuburgensis † verò possessio, non simpliciter est iniusta vel illegitima, sed tantum secundum quid.

At quomodo? nimirum respectu quotæ, quæ Illustrissimæ Principissæ, ac Domine, Ducissæ Neoburgensi, tam quoad Feudalia, quàm allodialia bona ex hac communi hæreditate debetur, iusta, legitima, & licita fuit apprehensio.

Respectu verò reliquarum sororum Domine Ducissæ Bispontinæ, & Marchionissæ Burgauensis, non minus ac ipsa ad hanc successionem Feudalem atque allodiam habilatarum, iniusta, illegitima, & illicita fuit eadem apprehensio: & ratio est: quia Dux Wolfgangus Wilhelmus tanquam mandatararius, non contentus Domine matris quota, se pro successore universali haberi voluit.

Idque contra Jura, & expressum privilegij Carolini tenorem: quæ non permittunt, ut in communi hæreditate unus vel plures ex consortibus, dum opinione præventæ possessionis sibi blandiuntur, & quam primum mortem eius, de cuius successione agitur, resciverint, illicò possessionem arripiunt, scilicet ut cæteros cohæredes, quos ordo successionis ex æquo contingit, absentes vel ignorantes præventionem quadam antiquioris possessionis antevertant: quorum anticipata possessio non debet ullum Juris effectum operari, *Jal. & Dd. in l. iuste possidere, ff. de acq. poss.* Nam ex malo principio legitima consequentia non inferitur, *l. fin. C. de natural. liber. & in d. l. i. ff. quod vi aut clam, & d. l. clam possidere, §. qui ad nundinas, Nata conf. 93. in 6. incip. magnifice Domine, volumine quinto, ubi prælatè consuluit, quod quicumque præcurrit ad occupandam possessionem post mortem defuncti, dicatur cohæredem quodammodo sua possessione spoliare, quod ante eum notavit quoque Castren. in l. 2. n. 2. C. de edict. Divi Adr. toll. facit Tex. in d. l. i. §. 1. ff. quod vi aut clam, ubi dicitur, aduersus vim, vel quod clam factum est, neminem iusta exceptione se tueri*

tueri

tueri posse: ita refert Dominus Andreas Gailius, in lib. singulari, de Arrestis. cap. 1. num. 22. 23.

Et hoc quidem contra pacta conuenta iam dudum inter Domos Principales Neoburgensem & Bipontinam inita, & sub fide Principum corroborata.

Sed de causa possessorii in præsentia nihil addo amplius: præsertim quia Domus tum Brandenburgica, tum Neoburgensis, literis reversalibus subscriptis & † sigillatis, pro ut copia, Lit. A. testatur, diserte cauerunt, Juniorum sororum jus in omnem Eventum non solum in petitorio, sed etiam in possessorio fore saluum atque illæsum.

Cætera quæ hoc loco Jurista discurrens de possessione aspergit, Neoburgensibus diluenda relinquo, & ad examinanda triplicia auctoris Apodiectici quasi fundamenta, nimirum ius Majoratus, Jus Unionis & pacta dotalia accedo, de quibus in discursu meo verè Juridico obiter sententiam meam aperui, nunc autem eandem explanabo latius & dilucidius.

Si tamen prius Lectori notum fecero, quæ sint eius successionis de qua nunc agitur, præcipuæ partes, & quæ singularum partium proprietas, natura, qualitas, & conditio: quia animadverto de his rebus apud Antagonistam meum altum esse silentium: an ignorantia, vel studio, & de industria, ipse viderit.

Constat Sacrum † Romanū Imperium (quemadmodum Constitutiones publicæ, in primis autem Bulla Caroli IV. quæ vocant auream, luculenter testantur) statibus tum secularibus, tum (quos nostra causa non contingit Ecclesiasticis) inter status seculares numerantur (præter eos, qui minori dignitate pollent, veluti Nobiles, Equites, Barones, & Civitates Imperii, Freyherrn, Adel, Ritter, Herren und Städte des Reichs,) Comites, Duces, Marchiones, Principes, Archiduces, & Electores.

Comites sunt †, qui olim Præsides vel perfecti erant: postea

Comites dicti: quod vel sacrum comitatum, qui est Imperatoris, observarent, vel ex eo Comitatu mitterentur, ut rectè scribit Cuiacius Gallus *in paratit. Codicis lib. 1. tit. 32.* & approbat Hermannus Vulteius *de feudis lib. 1. cap. 4. num. 14.* qui Germanis dicuntur **Graffen** / vel à gravitate. (ut quibusdam videtur) quod nimirum gravitate alios anteire debeant, vel ut verius alii sentiunt, quod olim ut Judices causis & iuri dicundo præerant, prout vox Comitatus accipitur, *in cap. 1. si de investitura inter dominum & vasallum lis oriatur*: Sicut etiam tunc in quibusdam Germaniæ locis vox **Grave** aut **Greve** significat Judicem, unde appellatio illa **Centgrave** / **Sograve** / **Frengrave** / ut refert idem Vulteius, *d. n. 14.* & latius *Paurmeister de Iurisdictione Imperij Romani, lib. 2. cap. 10. à num. 1. usque ad 25. inclusive.*

9 Marchiones sunt, † qui olim ab Imperatoribus finibus & limitibus Imperii tuendis, & custodiendis præfecti erant, à voce Alemannica **Marck** / quæ finem vel limitem significat, unde non ineptè Odefredus *in summa sua qui possunt in feudum succedere*, scribit: Vulgare esse apud Francos, ut Marchio appelletur, de Jure Romano *Limnarcha* seu *finis Imperii custodiens*, *per l. limnarcha. Codic. de servis fugitivis, & l. non ideo. s. Codic. de liberali causa.* Refert idem Dominus Vulteius *d. loco.*

10 Duces sunt, † qui exercitui præsunt, eumque ducunt, nobis **Hersogen** vocati, à vocabulo **Heer** / quod est exercitus, & inter hos, quia Duces sunt, non est differentia, sed duntaxat ordo in sessionibus, cum Comitatus, vel alii conventus publici habentur, ut idem Vulteius prænominate loco tradit: id quod etiam de Comitibus Imperii locum habet, ut quæ sunt Comitatus, alii aliis non præstent, etiam si dignitate, officiis, auctoritate, & opulentia, inter se sint impares.

Hiigitur † qui terras & provincias modo controversas multis ab hinc seculis incoluerunt, possederunt, & rexerunt, Comites & Duces Imperii Romani, *Reichs Braven* / & dicti sunt & fuerunt, donec aliquibus & honor & dignitas maior scilicet vel Marchionatus, vel Ducatus, beneficio, Imperatorum contigit, ut mox dicetur amplius.

Fuerunt autem terræ & provinciæ istæ, olim in plures Comitatus distributæ, præcipuè autem in Comitatum Cliviæ, tanquam omnium antiquissimum, Comitatum † Teisterbantii, Comitatum Altene, Comitatum Montium, Comitatum Juliæ, Comitatum Ravenspurgi, & denique Comitatum Marchæ, sic tamen ut alii ab aliis certis terminis & limitibus, insigniis, dignitatibus, privilegiis, immunitatibus, archivis, legibus, consuetudinibus, & cæteris omnibus iuribus & rebus essent discreti & separati.

Qui autem singulorum Comitatum limites & partes antiquitus fuerunt, aut quas vel arces, quas civitates, quæ castra, quæ oppida, quos pagos, quas denique vel pertinentias, vnusquisque habuerit, exactè nunc ob antiquitatem sciri non potest, nisi quod ex historiis constat, † Comitatum Teisterbantii olim infulam Bomelanam, ditionem Heusdanâ, Herculeam, Altoneensem, Vionensem, Culebergensem, Buranam, & quicquid à Lecea Lingaque (olim aqua longa dicta) ad veteris Molæ alveum continetur, compræhendisse, qui comitatus ab Anfredo præfule Traiectino utpote domino directo tandem abolitus, & inter propinquos & cognatos ipsius divisus, pars autem eius Ecclesiæ Traiectensi & Leodiensi reservata est: cū cum Theodoricus Comes Cliviæ secundus ex Materna hæreditate tanquam feudum Traiectinum circiter annum Christi 700. accepisset.

Genealog.  
Reusneri 6.  
497. 498.

Sed & Comitatus † Altonaensis Ducentis annis & amplius in usu nõ fuit, vel q̄ Comites Cliviæ, quorū Comes Altonaensis benefici-

Reusnerus  
fol. 507.

beneficiarius fuit, ob defectum masculorum hæredum eum ad se traxerunt, & aboleverunt, vel quod eius rei aliæ causæ & rationes fuerunt.

Restant igitur Comitatus quinque, supra nominati: & quidem omnes & singuli ab Imperio Romano in feudum dependentes, quod vel ex solis horum Comitum & Ducum creationibus, à diversis Imperatorib. factis, cognoscitur: sic enim ex historiis & annalibus constat, Primum Comitem  
14 Cliviæ Heliam à Grael, vel ut Stephan. Pighius Campensis in suo Hercule prodicio coniectatur, Æliū Grailem à Theodosio tertio Imperatore, Comitatus titulum fuisse adeptum anno à Christo nato 700. quem etiam in hæredes & pøsteros propagavit, donec eius familia prorsus extingueretur, tempore Adolphi Comitatus Marchæ, qui Archiepiscopatu Colonienſi relicto, à Carolo IV. Imperatore, unde tricesimus in ordine Cliviæ Comes est inauguratus, & ab omnibus ordinibus, summâ gratulatione & gaudio susceptus, ac postea anno 1417. in Concilio Constantienſi à Sigismundo Imperatore, ut primus Dux Cliviæ fuit investitus.

Reusnerus  
fol. 503.Primus Dux  
Cliviæ.

Cuius successores Joannes primus, Joannes secundus, Joannes tertius, Guilhelmus, & Joannes Wilhelmus, omnes titulum Ducatus Cliviæ continuè usurparunt.

Similiter ab Imperatore Wenceslao Anno Christi 1389. Wilhelmum Comitem Bergensem vel Montium, & Adolphum eius fratrem, in Duces fuisse auguratos. Et Guilhelmū IV. Comitem Juliacensem Anno Christi 1329. à Ludovico Boio Imperatore, in Marchionem Imperii, & postea à Carolo IV. Cæsare Anno 1356. in Ducem fuisse creatum.

Adolphum verò Quintum Comitem Altenæ, primum Comitem Marchæ factum esse Anno Christi 1226. ac postremo Wilhelmum fratrem Adolphi Ducis Bergensis, secundū eius nominis, Comitatum Ravenspurgensem Ducatui Bergensi seu Montensi, itemque Juliacensi adiecisse, an. Christi 1399.

Iidem

Idem Annales & libri chronici comprobant.

† Quæ creationes & augurationes, Vasallos Imperii hos 15  
Comites & Duces sem per fuisse, vel solæ, te Juristam Discu-  
rentem, manifestissimè convincunt, quæ de re cum postea  
dicendum sit, hîc plura non addo, sed ad secundum tuum pro-  
blema de Maioratu & unione accedo: hunc igitur ut probes;  
sic scribis.

Jam anni ferè sunt ducenti, † ex quo inter Adolphū primū 16  
Ducem Cliviæ, & Marchæ, Comitem, eiusque subditos hæc  
publica eaque solennis conventio utriusque posteritati in per-  
petuum valitura facta est. Dies ausdrücklichen Inhaltes/das  
nach seinem Herzog Adolphs Tode seine Land vnd Städte/sam-  
lich vnd ungescheiden den Eltesten Sohn für ihren rechten Landes-  
herrn/oder da kein Sohn vorhanden / die Elteste Tochter für ihre  
rechte Landtsfraw zu ewigen tagen/von Erben zu Erben/ nehmen/  
empfangen/vnd hulden/ aber ihre andere Brüder vnd Schwestern  
mit gereyden Gütern / Rentten / oder Häusern / so von alters zu  
Elev nicht gehörig/abgüten/oder sonst zum Cristlichen Stande  
verhelffen sollen/damit also die Länder vnversetzet vnuerkaufft/vn-  
uerwechselfelt bleiben / vnnnd nimmermehr voneinander kommen  
könten / prout ex copiâ istius conventionis sub finem annexâ  
plenius apparet.

Hîc primum benignus Lector Patroni Brandenburgensis  
inconstantiam ac varietatem observet: in discursu etenim suo  
quasi Iuridico antea sic scripserat: quantum ad ius Majoratus  
attinet, † successiones tam Clivenses, quàm Juliacenses ei- 17  
dem antiquitus subiacent, hoc est, primogenito, vel eius lineâ  
deficiente, primogenitæ deferuntur.

Postquam enim anno 1496. occasione nuptiarum Mariæ  
Juliacensis, & Joannis Clivensis utræq; terræ ex pacto Princi-  
pum cum subditis cœperunt uniri, & indivisibiles esse, hoc jus  
iis simul est illatum, utpote sine quo earum unio non conser-  
vari nec ad posteritatem transmitti poterat; quam sententiam

& fidelis ille patriota quisquis est, anno 1609. in discursu suo, daß die Churfürstin zu Brandenburg der Sülchischen Landen einige Erbin sey/comprobat, ubi statim ab initio sic loquitur: Es ist vngesehr vor hundert Jahren /zwischen weyland Herzog Wilhelm zu Sülch vnd Berg/ Graffen zu Ravenspurg/einsiger Tochter/Fräwlein Maria/vnd Herrn Johann Herzogen zu Cleve/vnd Graffen zu der Marck/ein Heurath getroffen worden/bey welcher ehelicher Tractation / mit bewilligung aller ihrer Fürstenthumben vnd Landständen verglichen vnd vertragen worden/ daß dieselbige Fürstenthumb vnd Land zu ewigen tagen beyeinander unirt bleiben sollen/&c. Quod idem & multi alii sunt secuti, atque ita unanimiter omnes defensores assertionis Brandenburgicę hactenus probationē prætenli sui juris Maioratus unicē ex prædicta ista conventionione matrimoniali sumpserunt: jam autem quum videant, ista pacta dotalia parum illis patrocinari, mutant sententiam, & fundamentum suū, in Adolphi primi Ducis Cliviz, cum subditis suis anno 1418. factâ pactione constituunt.

Verum enimverò non debuit Apodiëticus Jurista silentio præterire, sed potius lectori aperire, quæ causa huic pactioni 18 occasionem dederit. † Quam quia Annales Clivici expriment, operæpretium fuerit, de ea lectorem commonefacere, ut de valore huius conventionis tantò melius iudicium ferre possit: sic autem illi loquuntur.

Gerter  
von der  
Schwern  
fol. 60.

Nach dem Graff Adolff von Cleve/nuhnemehe Herzog/ an Fräu Mariam verstatet worden / wurde sie schwanger von ihm/ vnd brachte auff die Welt ihre erstgeborne Tochter / Margreta/ anno 1416. auff Matthias abend: In dem nächsten Jahr hernach/ auff St. Urbans tag in dem Mayen / verliche ihr Gott die andere Tochter Catharina/da dann Herzog Adolff b: sorgte/ dieweil sein Gemahl zwo Töchter nacheinander / vñ kein Sohn auff die Welt brachte hatte/warb er erst deswegen an alle seine Ständ vnd Ritter/ schaffen des Landis von Cleve/darunder 74. nicht waren/von den treffens

Discursu verè Iuridico.

erfrenlichſten darunter/daß ſie mit Brieffen verſicherten vñnd ge-  
lobten/daß ſie nach ſeinem todt/ſeinen eſteſte Sohn/da er den nach-  
ließ/oder ſeine eſteſte Tochter / ſo dieſelbe ohne Sohn verblieb / zu  
ihren rechten Landsherrn oder Frawen annehmen ſolten. Solches  
begehrte auch vmb dieſe zeit Herzog Adolff von ſeiner Marchiſchen  
Ritterschafft vñnd Stätten / die eins Dieß gutwillig waren/ eins  
Dieß aber ſich ſolcher wegeren / darumb dann zwifchen den jeni-  
gen Marchiſchen Ständen / vñnd auch Juncker Gerhard von Ele-  
ve/ der ſich zu ihnen ſchlug / ſich ein groß Zwiſtracht vñnd Parthey  
erhub vñnd zutrug/gegen Herzog Adolff von Eleve / vñnd den jeni-  
gen/welche es von den Marchiſchen mit ihm hielten / alſo daß es zu  
einer groſſen Beheden vñnd Uneinigkeiſt kam: Quod † (ſcilicet 19  
ſtatus Marcanos in hoc pactum omnes non conſenſiſſe) ſi ve-  
rum eſt, (ſicut circumſtantiæ & conſequentia verum eſſe evin-  
cunt) tu videris mi Domine Antagoniſta, cur in tuo ſcripto  
vindicio expreſſè poſueris, pactum ſucceſſorium Marchicum  
ideo fuiſſe omiſſum, quia Clivenſi per omnia ſit ſimile.

Sed tranſeamus ad alia, & imprimis penitius inſpiciamus,  
an ſequatur ex hoc pacto ſucceſſorio Clivico id, quod tu pro-  
bandum in te receperas, nimirum terras tam Juliacēſes, quam  
Clivenſes, hoc eſt, omnes omninò partes huius litigioſæ hæ-  
reditatis juri Maioratus ſubiacere; ſic tu itaque argumentaris:  
Adolphus primus Dux Cliviæ cum civitatibus ſuis pactus eſt,  
ut ſe mortuo, inter liberos ſuos tam fœminini, quam maſculi-  
ni ſexus jus Maioratus ſeu primogenituræ, vitandæ diſcordiæ  
cauſa, obſervarent: hoc illæ ſtipulanti promiſerunt: Ergò &  
terræ Marchicæ, & Juliacenſes, & Montenſes, & Rauenspur-  
genſes eidem iuri Maioratus in perpetuum ſubiacent: Ridi-  
cula planè conſequentia, † argumento à parte ad totum du- 20  
cto, quo nullum in iure poteſt eſſe abſurdius: atqui, inquis, o-  
mnes provinciæ poſtea fuerunt unitæ, unita autem res ſapit  
naturam & conditionem rei, cui unitur, eiſque conſuetudi-  
nes & privilegia aſſumit: quod an verū ſit, & quatenus, poſtea

differemus, ubi de probatione assertę unionis erit agendum.

21 Ego verò longè aliter sentio, ac primùm quidem, dictum illud pactum Ducis Adolphi cum suis civitatibus Clivensibus initum, † omninò nullum & invalidum fuisse statuo: ea ratione, quod Jus feudale non permittat sine voluntate & consensu domini directi (qui in hac conventione non intervenit) quocunque modo de re feudali pacisci vel disponere: & in specie, non licet vasallo propria auctoritate in successione feudali ius Maioratus seu primogeniturę introducere: multò minus potest filias suas, vel unam ex illis, non requisito domino, successione feudalis capaces, vel capacem facere: id cum perperderet prudentissimus Princeps Wilhelmus ultimus Dux Julię & Montium, Comes in Ravensperg, longè aliam viam ingressus est, cum ab Imperatore Maximiliano pro filia sua unica Maria habitationem & capacitatem ad succedendum, priusquam ex hac vita decederet, suppliciter peteret & impetraret, anno 1508. quod etiam Illustrissimus Princeps Wilhelmus filiarum Juliensium & Clivensium etiamnum superstitem communis parens, anno 1546. sibi omninò faciendum putavit: quod autem per se nullum & invalidum est, nullum etiam producit effectum: cum non entis nullę sint qualitates: apagè igitur discurrens Jurista, cum tuo illo Adolphi Ducis Clivię & quidem nullo & invalido pacto successorio, quo universalem Maioratum in omnibus & singulis controversę hæreditatis terris & ditionibus adstruere conaris.

22 Verum enim verò & hoc falsum est, quod subiicis: nimirum † posteritatem prædicti Ducis Adolphi pactum istud continua serie usque ad terrarum omnium copulationem (sicut tibi placet coniunctionem vocitare) diligentissimè observasse. Nam etsi Joannes primus eius filius Ducatum Clivię & Comitatum Marchę solus pro se retinuit, tamen fratrem Adolphum ab omni hæreditate non, (sicut tu scribis) exclusit, sed ei Dominium in Ravenstein possidendum tradidit, sorores autè

sex

sex omnes congruis dotibus ad matrimonia, dignitati & ordini suo convenientia promovit: Joannes verò secundus, etsi idem Ducatum Cliviæ & Comitatum Marcanum, tanquam paternam hæreditatem solus pro se retinuit; tamen materna hæreditate, nimirum Comitatus Niversii, Auxerræ, Rhételij, ac Estampii, in Regno Galliæ sitis, vicissim fratri Engelberto in solidum cessit: fratri verò Theodorico Archiepiscopatu Rhemenfi: Adolpho autem Canonatu Leodiensi opimo sufficienter providit, eosque hac ratione non vi Juris Maioratus, (vt tu vis) ad renuntiandum paternæ hæreditati commovit: Joannes denique tertius fratrem iustæ ætatis nullum habuit, sorori autem Annæ numeratâ usitatâ dote matrimonium Waldecianum conciliavit: Unde sequitur, fratres Joannis primi, & Joannis secundi Ducum Cliviæ, &c. nullo modo invitos, vigore prætensi paterni, & respectivè aviti pacti, divisionem æqualem non urfisse, sed ex libera voluntate, familiæ conservandæ causa, præsertim cum eis aliundè sufficienter esset provisum, hæreditate paterna ultrò aliquatenus abstinuisset.

Quid verò, an non hic ipse † Dux Adolphus, quem institutorem primogenituræ & Maioratus falsò nominas, hæreditatem cū fratre Theodorico divisit? cum illi pro sua parte Comitatum Marcanum traderet, ipse Ducatum Cliviæ sibi vindicaret? negas? Annalibus, Genealogiis, & libris Chronicis Clivensibus & Marcanis, te etiam invitum convincam: at quid alia & meliori quàm ipsius Adolphi confessione opus est, quã ipse privilegio successorio Clivensi, quo frustra tantoperè gloriaris, inseri iussit: ibi, *Jedoch mit vorbehalt aller Schendbrieff/ (i.e. literis divisionum,) so vnser gnädiger lieber Herr / vnd vnser gnädiger lieber Juncker sein bruder/einander gegeben haben/welche in ihren kräften bleiben sollen.* Quid nunc respondes domine discurrens Jurista? nimirum instrumentum, quo divisionem terrarum Clivensium vis impedire, eandem disertè cōprobare, nō potes inficiari, atq; ita tuo ipsius gladio te iugulas.

Sed pergamus ad alia: Ut fidem iis, quæ prius dixeras, facias: subiiicis, Clivenses & Marchicos Status & Civitates, (de quibus tamen ob annalium contradictionem nisi melius edoctus fuero, valdè dubito) adhuc hodie non aliter novum Principem ad successionem & regimen admittere, nisi prius solenniter præstita & suscepta iuratoria stipulatione, *auff den vorbergehenden Herzog Adolffs huldigungsbrieff* / & hoc ipsum, à Duce Johanne Wilhelmo ante paucos annos sine liberis defuncto, esse observatum, per copiam reversalium literarum comprobas.

24. Sed † quid hoc ad nostrum quæso *πρωτόμερον* facit, quod non in eo consistit, an successio Ducatus & (ut tu vis) etiam Comitatus Marchæ, soli primogenito vel primogenitæ debeat, vel (quod in effectu idem est) an hi Ducatus & Comitatus divisionem admittant, vel secus? sed an † sæpè nominari Ducatus tres, & Comitatus duo, à tempore Joannis III. Ducis Cliviæ, & Comitatus Marchæ, cōiunctim ab uno eodemque Principe possessi & administrati, iam deficiente eius linea masculina, separationem & distinctionem admittât, an secus? hic est verus & unicus nostræ controversiæ status: hîc Rhodus è, hîc salta: quæ tu (ut videtur) de industria vel dissimulas, vel pervertis, vel multis parergis ita implicas & obscuras, ut simpliciores & imprudentiores, quid in lite sit, vel non sit vix intelligant. Facilis autem est ad illam quæstionem responsio, si modo tempora & circumstantias rei consideres, quod omnino facere necesse est, cum secundum Jurisperitorum perpetuâ & immotam regulam, etiam minima facti circumstantia, Jus ipsum mutet.

- 26 Quod ut ad præsens negocium in specie accommodem, alia † fuit Ducis Adolphi, quam Ducis Wilhelmi ratio & cōditio: ille enim non nisi Clivenses & Marchicas terras possedit, hic verò non illas tantum, sed etiam Juliacenses, Montenses, & Ravenspurgenses simul rexit, atque administravit: non mirum.

mirum est igitur utriusque pacta in eventum caducitatis diversa fuisse, & illum quidem ex filiabus uni tantum quam habuit, hunc verò in eundem eventum omnibus filiabus coniunctim & simul ex æquo successionem detulisse, atque etiam à Divo Imperatore Carolo V. anno 1546. impetrasse: quæ successio sine divisione, dilaceratione, & mutilatione singularum partium commodissimè fieri potest, saltem per distinctionem, & separationem, quæ terras illas inconfusè iunctas, ad pristinum statum reducit, sine omni cùm ipsius Romani Imperii, tum reliquorum statuum, atque adeò ipsarum terrarum, earumq; incolarum detrimento & incommodo: de qua re postea suo loco plura.

His modò iudicet æquus lector, quo iure, aut iuris prætextu discurrens noster Jurista, filias illas illustres Ducales ad observantiam pacti successorij Ducis Adolphi possit adstringere, qui ante annos ducentos & amplius vixit: patris verò cum Cæsarea Maiestate ante paucos annos initum, & aliquoties renovatum pactum successorium infringere, aut etiam ex illo antiquo & obsoleto explicare & declarare? certè secundum rectã rationem semper pacta posteriora derogant prioribus, non priora posterioribus. Sed quid respondebimus ad ea, quæ sequuntur, nimirum Jus Maioratus & unionis ex pacto Ducis Adolphi non solum in terris Clivicis vigere, sed etiam ante & post coniunctionem, terras Julienses, Montenses & Ravenspurgenses eundem succedendi modum observasse? nimirum id quod res est, Juristam nostrum discurrentem scribere, quod probare nunquam poterit. Quid igitur? an non Wilhelmus Julix & Montium Dux postremus, ab Imperatore Maximiliano anno 1508. privilegium impetravit, quo filiam eius ad successionem feudalem habilem, idoneam, & capacem reddidit? fateor; sed quid hoc ad rem? Certè habilitationem plurium filiarum non potuit petere, quia non nisi unicam habuit. & quia non nisi unicam: quid hoc exemplum ad probandum  
Maioratum

- 27 Maioratum conducit? Cum indubitatum sit, † etiam si ex pluribus filiabus successionem non nisi uni detulisset, tamen successoribus suis, suo exemplo legem imponere non potuisset, in simili casu idem faciendi, quod exemplum contrarium eius nepotis Ducis Wilhelmi clarissime demonstrat, qui non uni tantum, sed omnibus filiabus habilitationem & capacitatem impetravit, cum videret, etiam si plures relinqueret, distinctione tamen & separatione Ducatum & Comitatum, coniunctorum, non divisione, non mutilatione, non discerptione singularum partium opus fore. Ergo ut in omnibus aliis negociis & causis, ita etiam in casu caducitatis non exemplis sed legibus est iudicandum, *l. nemo. C. de sententiis & interlo. omni. iudicium.*

Quod autem Wilhelmus senior Dux Julix pro causa & ratione suæ petitionis ad obtinendam habilitationem suæ filix hæc verba poluit, **Damit die berührte Fürstenthumb/Sülch/Berg/vnd die Graffschafft Ravensperg nach seinem abgang (besonder dieweil etliche Güter der benandter zweyer Herzogthumb an andere örter fallen möchten) nicht zertrent/ noch dem Heiligen Reich deßhalben also nützlich vnd wol gedienet würde/ &c.** hoc minime probat, eum ad constituendum Maioratum respexisse: cum eo tempore ne fingi quidem Maioratus potuerit, utpote cum filios nullos, filiam autem non nisi unicam haberet, cuius solius curam, (ut par est) habuit, non sollicitus, qua ratione eius posterius in his feudis Imperii sequentibus temporibus succederent, atque ideo etiam ista clausula in dispositione privilegii subsequenti non fuit repetita.

- 28 In §. Solches sonst vor Hochgedachtes Herzog Wilhelms zeiten/ &c. rursus ingenuitatem & candorem Antagonistæ nostri laudo, quod † historix veritate convictus fateatur, Julix & Montium, rum Comitatus tum Ducatus aliquando coniunctos, aliquando etiam divisos fuisse; sed ego postea planum faciam,

faciam, non solum in terris Juliacenſibus & Montenſibus, ſed etiam in Clivenſibus, Marchianis, & Ravenspurgenſibus eandem coniunctionem & ſeparationem ſemper fuiſſe obſervaram: quæ cum ita ſe habeant, iam agnoſcit benevolus lector, non eſſe verum, quod Iuriſta noſter diſcurrens pro primo ſuæ aſſertionis fundamento poſuit, nimirum terras Clivēſes & Juliacenſes (quibus in univerſum & reliquas complectitur) Iuri Maioratus ſemper ſubiectas fuiſſe, atque etiamnum eſſe.

Sequitur quaſi fundamentum alterum, quod in harum terrarum unione collocat Antagoniſta, cuius vim & efficaciam, lector melius intelligat, ſciendum eſt, vocabulum unionis diverſimodè accipi: nam aliquando † Comitatus vel Ducatus ſic uniuntur, ut ex diverſis ſpecieb. una fiat maſſa: una ſubſtantia, & nomen rei alteri unitæ intercitat: quod cum fit, omnia privilegia, ſtatuta, conſuetudines & iura territorii uniti pereunt, quoniam tali unione inſecuta equalis eſt unitarum terrarum conditio, & eodem iure regitur unitus locus, ac is, cui unitur. Et hæc eſt illa unionis ſpecies, quâ Diſcurrens noſter Iuriſta nititur, ut patet ex Iuribus allegatis in *S. Inmaſſen Nechtsens/ &c. & S. Da aber obgedachte drey Fürſtenthumb.*

Aliquando autem unio eo modo fit, ut hac non obſtante, ſinguli Comitatus vel Ducatus uniti ſuam eſſentiam & ſubſtantiam retineant, & alius alii non incorporetur, ſed duntaxat coniungantur, id quod ex voluntate & intentione contrahentium facilè intelligitur.

Verum nunc in omnibus harum terrarum unionibus & cōiunctionibus, tam particularibus quàm univerſalibus, ſemper hoc actum eſt, ut uniti Comitatus, vel Ducatus, nihilominus propriis ſuis legibus, conſtitutionibus, privilegiis, ſtatutis & conſuetudinibus regerentur, etiamſi unius Imperio & Regimini ſubiecti eſſent, ergò dici non poteſt, unionem unitos ad unam ſubſtantiam, aut ad unum individuum, aut naturam reduxiſſe, ſed quemlibet Ducatum vel Comitatu ſuam indolem

& naturam hæcenus retinuisse, & nunc etiam retinere, & per consequens, Controversos Ducatus & Comitatus pro separatis Ducatibus & Comitatus habendos, per Doctrinam Bartoli in *l. si conuenerit. §. si nudo. & ibi addit ff. de pignor. act.* quem sequitur Baldus & omnes Feudistæ communiter, in *c. imperialem. §. præterea Ducatus. de prohib. feud. alienat. per Fredericum* & exemplo hoc Bartolus in *d. l. si conuenerit*, confirmat: Regi Franciæ, inquit, fuit datus Comitatus Tolosanus, ita ut ipse Rex & Comes simul esset, non quod Comitatus Tolosanus efficeretur de Regno, sed quod Regno accederet, & nunc deberet Regi secundum proprias leges & consuetudines. idque pluribus roborat Franciscus Marcus *decisione 341. n. 14. & 15. pag. 1.*

Eiusdem generis exemplum adducit Baldus in *l. 3. ff. de offic. præsidis*. in Rege Apuliæ qui est Comes certarum provinciarum: & tamen hi Comitatus non sunt pars regni, sed iurisdictiones separate: & ideo non potest administrare illos Comitatus ut Rex Apuliæ, sed ut Comes: unde si Rex iudicet, ut Dux vel Comes in suo Ducatu vel Comitatu, appellabitur ad superiorem illius Ducatus vel Comitatus, non attentâ regiâ dignitate: Bart. in *l. si quando. C. de appellationibus*.

Hoc igitur modo & non aliter, controversos Ducatus & Comitatus in persona Joannis Ducis Clivensis III. & Mariæ Ducissæ Juliæ & Montium, post obitum Wilhelmi Juliæensis & Montensis Ducis, anno 1511. unitos fuisse, apertè testantur non solum pacta Dotalia, sed etiam unionis formula, quam in anno 1496. omnium provinciarum ordines & Civitates, consensu & sigillis suis, secundum ipsos principes, sollemnissimè comprobarunt & roborarunt: præsertim in *§. Duch ist rüschten vns beeden Herzogen obgenant / gefürwore / vnnnd vnterscheiden / das witer / vnd vnser beeder Erben vnd Nachkommen / Fürsten vñ Herrn / der obgenant vnser Fürstenthumben vnd Landen / vnd Vnderthanen / als jeztlich Land vnd Vnderthanen bey ihren privilegien / freyheiten / brieffen / siegeln / rechten / herkommen / vnd gewonheiten lassen / handhaben / vnd behalten.*

Hoc,

Hoc, tu Jurista discurrens, cum probè sciveris, mirandum est, quâ fronte & conscientiâ ausus fueris, ea, quæ Dd. de illa priore unionis specie tradunt (& verè tradunt) huic posteriori speciei accommodare, atque ita veritati fucum facere: non est, non est (inquam) hoc boni viri officium.

Sed videamus quid præterea afferas: pagina 49. dicis: harum terrarum Principes iura Maioratus & unionis ante & post earum coalitionem (quam propriè coniunctionem, non coalitionem, quæ nulla unquam fuit, debuisti appellare) per diversos actus roborâsse, & confirmasse: de quibus, quales fuerint, speciatim agemus, ne quid intactum relinquamus.

Primum autem, Privilegii, quod vulgo unionis vocant, confirmationem, quæ ab Imperatore Ferdinando anno 1559. & petita, & impetrata est, in aciem producis, & quidem verba hæc potissimum urges. *Wir sehen vnd wollen / daß obbestimbre S. Liechten / Fürstenthumb vnd Lande / Gütlich / Cleve / Berg / Rarck vnd Ravenspurg / so lang die Succession S. L. Erben von ihrer posteritet / in absteigender linien weren vnd vorhanden seyn würd / zusammen unirt / vnd genglich beyeinander vngesondert / vnd unzertrennet bleiben sollen vnd mögen / von allermänniglich vnverhindert / &c.*

Sed † hæc confirmatio (ut exordium testatur) ad præcedentem quandam conventionem, inter Joannem III. Ducem Juliacensem, & Mariam Juliacensem coniuges initam, se expressè refert: quare ante omnia scire oportet, quod, & quale, hoc sit relatum: siquidem notissimi Juris est, instrumentum relativum nihil probare, nisi de ipso relato aliquid certi constet.

Ede igitur, ede discurrens Jurista, relativam illam conventionem Joannis Clivensis & Mariæ Juliacensis coniugum, ut confirmationum desuper factarum verum sensum & intellectum lector possit assequi: equidem talem, quæ istis verbis consona sit, nec in Juliacensi, nec in Montensi, nec in Clivensi Ar-

chivo haberi arbitror: tuum est, quod allegas, vel scripto, vel aliter probare, cum sola confirmatio hoc casu non sufficiat. Hoc scio, extare pacta Dotalia super matrimonio prædictorum Ducalium Coniugum anno 1496. confecta: scio & hoc, extare formulam unionis seu confœderationis perpetuæ & hæreditariæ inter Principes, Status & Civitates eodem anno, mense, & die, subscriptionibus, & sigillis benè munitam: sed quia neque in istis, neque in hac de modo succedendi ulla fit

- 31 mentio, alterutrum statuere necesse est, vel † aliud extare instrumentum, quo illud relatum contineatur, vel (quod verisimilius est) confirmationem Ferdinandi sub: & opreptitiè fuisse impetratam, aut denique eum, cui hoc in Cancellaria Cæsarea commissum fuit negocium, mentem & intentionem prædictæ unionis, de anno 1496. erectæ, non satis esse assecutum, atque ita errorem in facto intervenisse: Certè † verba illa (*zusammen unirt/ vnd genglich beyeinander vngesondert/ vnd unzertrent bleiben sollen*) secundum subiectam materiam, & dispositionem præcedentem, sic intelligi possunt, ut non prohibitionem divisionis vel separationis arguant, sed hoc tantum velint, quod omnibus & singulis possessoribus in perpetuum non liceat ab hac unione vel confœderatione quocunque modo recedere. quicquid sit: verba ista non impediunt, quo minus coniuncti Ducatus & Comitatus, quoties opus est divisionem & separationem recipiant.

- 32 Cæterum ea, quæ ad finem Apodixeos Brandenburgicæ sequuntur, & partim ad causas allegatæ Clivenis conventionis, partim ad refutationem eorum qui discursu verè Juridico continentur, pertinent, talia sunt, ut † falsò præsuppositis principiis & Juris paradoxis pleraque nitantur: veluti primò terras controversas, ante alios Imperii Ducatus, multum Regalis dignitatis & Maiestatis præferre: cum hi per Germaniam consuetudine divisionem, illi autem, tanquam indivisibiles, consortis omninò sint impatientes. Secundò, pactum A-
- 33  
Pag. 50.  
fol 55 57.69
- dolphi

dolphi Ducis Clivię, esse legem patrię perpetuam, hereditariam, & universalem, & ius publicum constituere, à quo recedere non liceat, ne quidem Imperatori ipsi. Tertio, privilegium Caroli V. veterem ordinem succedendi mutare & invertere. Quarto, in pactis & conventionibus super hisce Ducatibus & Comitatus, quocunque modo initis, Cęsarum Romani consensu non opus esse. Quinto, has terras esse feuda communia & fœminina, & ad instar patrimoniorum, quantum ad facultatem disponendi inter liberos attinet, esse redacta. Sexto, & quidem feuda antiqua non nova. Septimo, Principem statuto suorum subditorum teneri. Octavo, omnia, quorumcunque Imperatorum, privilegia, ex solâ Adolphi Ducis Clivensis pactione, & conventionione, interpretationem suam accipere debere. Nono, etiam in feudis Jus representationis locum habere. Decimo, fœminas in his Ducatibus & Comitatus iure proprio, non singulari, succedere. Quare iis omnibus, quemadmodum & antecedentibus, præsertim verò imaginativo tuo (discurrens Jurista) fundamento, terras controversas iuri Maioratus & unionis (quod vocas) subiacere.

Contraria † filiarum Juliensium & Montensium fundamenta, maioris perspicuitatis causa, in certas theses seu propositiones redacta, oppono: ut vel ex sola hac oppositione, & rationum utrinque adductarum collatione, æquus & benignus lector, illius quidem sententię falsitatem, & e contra huius veritatem, tantò facilius & clarius possit intelligere.

Sit igitur hæc thesis prima: Ducatus Julię, Clivię, Montium, idemque Comitatus Marchię & Ravensburgi (de quorum successione nunc agitur) à multis seculis, sub iurisdictione, clientela & protectione Sacri Romani Imperii, tanquam feuda separata & distincta, fuisse, atque etiamnum esse: & sub quinta eius regione seu circulo, nominatim compræhendi.

Feuda inquam non fœminina, sed masculina: Regalia, & Thesis 2.

Maiora, non Minora : Recta, non impropria: olim antiqua, nunc nova : Dividua, non Individua.

- III. Inter hos, & alios Ducatus, vel Comitatus imperii, nullam esse nisi ratione sessionis differentiam.
- IV. Uniones vel coniunctiones horum Ducatum & Comitatum, tam particulares, quam universalem illam, in ann. 1511. factam, naturam & qualitatem eorum non mutasse.
- V. Semper possessores & dominos harum terrarum, Duces & Comites: ut in aliis rebus, ita etiam in successioneibus, nullo alio, quam Jure Romano communi semper usos esse.
- VI. Secundum illud, nec fœminas in feudis, nec filias quidem successioneibus capaces fuisse: nisi ex peculiari gratia & privilegio Imperatorum, habilitationem impetrassent.
- VII. Ipsos autem Duces vel Comites solos, vel etiam cum proceribus & subditis suis in successioneibus contra ius & consuetudines imperii, absque Imperatorum consensu, nihil pacisci, vel testari, vel statuere, vel mandare potuisse.
- VIII. Privilegia verò Cæsarea, fœminas ad successioneem feudalem habilitata, ad personas, in iis nominatim non comprehensas, nunquam extendi potuisse, & ne nunc quidem posse.
- IX. Inter plures filios, primogenitum, (si etiam plures essent in hæreditate Comitatus vel Ducatus) unum sibi reservasse, alterum fratri secundo, pro parte hæreditaria tradidisse.
- X. Reliquis (si qui fuerunt) vel per matrimonium, vel per ordinem Ecclesiasticum, vel per dignitatem militarem, vel per cessionem maternæ hæreditatis, vel aliorum bonorum allodialium, de congruis, & statui suo convenientibus alimentis prospexisse.
- XI. Atque eo casu, hos iuniores fratres, non quidem ex iure primogenituræ, (quod in terris hisce nunquam viguit) atque adeò necessario: sed ex liberâ voluntate, amore conservandæ & propagandæ familiæ, vel in totum, vel ex parte paternæ hæreditati renunciassent.

Quo-

Quorum exempla tamen nullâ necessitate successores XII.  
vel posteros eorum, idem faciendi, potuerunt astringere.

Si verò possessor, filios nullos, sed tantum filiam unicam XIII.  
haberet: patrem, ut caducitatem feudi evitaret, ab Imperato-  
re, ex speciali gratia habilitationem impetrasse.

Quam habilitationem seu capacitatem, vel pro una, vel XIV.  
(si plures essent filia) pro pluribus atque etiam omnibus pe-  
tere, atque concedere, in vasalli petentis, & domini directi cõ-  
cedentis liberâ voluntate atque arbitrio fuit positum.

Quare valdè hallucinantur, & fallunt, qui talia privile- XV.  
gia particularia & personalia, in exemplum & consequentiam  
trahunt, atque adeo vim universalis legis vel consuetudinis iis  
adscribunt.

Quia semper circumstantiæ, cum personarum, tum ipsa XVI.  
rum hereditatum, & aliarum rerum, ut factum, ita etiam ius  
mutant.

Jam † sequuntur thesium superiorum demonstrationes 35  
& probationes, ex Jure Romano communi, Imperii ordinatio-  
nibus, Reecessibus, decretis, Consuetudinibus: item constitu-  
tionibus Imperatorum, in primis verò investituris feudalibus,  
ipsarum terrarum Archivis, Instrumentis, Privilegiis, Reecessi-  
bus provincialibus, Statutis, Genealogiis, Chronologiis, An-  
nalibus, nec non Historicis aliis authenticis & fide dignis, mo-  
dernis & veteribus, & denique Jurisperitorum testimoniis &  
auctoritatibus depromptæ.

Itaque ad † primam thesin quod attinet, patet eius veri- 36  
tas potissimum ex Comitum & Ducum harum terrarum pri-  
mis creationibus & augurationibus, itemque ex investituris  
Imperialibus. De illis dixi aliquid supra: quare eadem hic non  
repeto. Hæ autem vel recentes sunt, vel antiquæ: ex recenti-  
bus exhibeo benevolæ lectori copias quinque, sub finem adie-  
ctas; quarum prima & secunda docent, quomodo Augustissi-  
mus ille Imperator, Carolus V, anno 1521. Joannem tertium,  
sepa-

separatim cum Ducatibus Juliae, & Montium, nec non Comitatu Ravenspurgi, tanquam legitimum heredem ex paterna linea: & simul cum Ducatu Cliviae & Comitatu Marchiae tanquam successorem ex dote uxoris, & gratia Caesarea, investiverit: sub literis, A. B. tertia verò, quarta & quinta testantur, quomodo Ferdinandus, Maximilianus, & Rudolphus secundus, Imperatores, Wilhelmum & Joannem Wilhelmum, patrem & filium, annis 1559. 1566. & 1580. simul & coniunctim cum omnibus terris, & dominio in Ravenstein investiverint. Anteriores autem Investiturae vel in Archivis Ducatum & Comitatum custodiuntur, vel si quae desiderantur, iniuriâ temporis perierunt. Jam hos Duces & Comites, membra & status Romani Imperii, *ReichsFürsten vnd Grafen* / semper fuisse, & in Comitibus publicis & conventibus praedictis, ius sessionis & suffragii habuisse, & omnes principum dignitates usurpasse, & vicissim omnia Imperii onera pro virili sustinuisse, comprobant, *Ordinatio Camera, part. 1. tit. 2.* itemque *Matricula & Recessus Imperii*: Quare alicui mirum videri posset, me hoc, quod omnibus notum est, tanquam dubium, thesibus aliis praemittere: sed mihi hanc necessitatem quorundam hominum (ex quibus & tu unus es Jurista discurrens) vel inscitia, vel (ne quid durius) affectata quadam ignorantia imposuit, afferentium, has terras non feudales esse, sed allodiales, & patrimoniales, quibus os obturandum fuit.

37 Pergo ad thesin secundam, quae horum feudorum naturam & qualitatem exprimit: de ea re non nihil prolixius erit agendum: quia discurrens quasi Jurista, & ii, qui hunc sequuntur, mihi per omnia contradicunt: Interest autem lectoris, harum rerum solidam cognitionem habere, ut in nostra controversia, quid verum, quid falsum sit, tantò rectius intelligat.

38 Dixi autem † primum, haec feuda à multis seculis semper masculina fuisse, & etiamnum esse, non foemina: quod puto vel ex solis investituris aperte constare: ibi: *Und darumb*  
mit

mit wolbedachtẽ Muth vnd gutẽ Rath/vnser/vnnd des Reichs  
 Churfürsten/vnd Fürsten/Graffen/Edlen/vnd Getrewen/vnnd  
 rechten wissen/demselben Herzog Johannsen dasselbig Herzoge  
 thumb zu Cleff/die Graffschafft von der Marck/vnd Herrschafft  
 zu Genep mit allen vnd jeglichen ihren Herrlichkeiten/Würden/  
 Ehren/Rechten/Manschaften/Gerichten/Nutzen/vnd allen an  
 dern ihren Zugehörungen/zu Lehen genädiglich gereicht/vnd vera  
 lichen: &c.& in Copia, sub litera B. qualitas apertius exprimi  
 tur, hisce verbis: zu rechten Fürstlichen Lehen zuhaben/zuhalten/  
 zubefigen/vnd deren zugebrauchen/vnd zugenießen/als dann sol  
 cher Herzogthumb/Fürstenthumb/Graffschafft/vnd Herrschafft/  
 vnd Ehren/Recht vnd Herkommen ist. &c. & paulo post: vns für  
 seinen rechten natürlichen Herren zuhalten/zudienen/vnd zuthun/  
 als das ein Fürst einem Römischen Keyser oder König/seinem Le  
 hen vnd rechten natürlichen/vnd ordentlichen Herrn zuthun pflich  
 tig ist/ohne gefehde/&c. Cum quo tenore omnes subsequen  
 tes Investituræ consentiunt: Unde vides discurrens quasi Ju  
 rista, te maximum errorem committere, cum in tua Apodixi  
 folio 72. sic scribis: Ad præcedentem obiectionem sic respon  
 deo: si feudum est fœmininum (ut sanè sunt terræ nostræ) non  
 solum dispositione legis successoris antiquæ, sed & Caroli V.  
 etiam ex filia hæredes fœminas, neptes & proneptes, in eo suc  
 cedere posse, nullum est dubium.

Ede igitur, si potes, legem illam tuam successoriam: ede  
 potes: nam ex pacto Adolphi Ducis Clivię nunquam legem  
 efficies: ex privilegio autem Carolino nunquam probabis,  
 Imperatorem Carolum V. qualitatem feudorum mutare vo  
 luisse: Imò contrarium & voluit & fecit: quia filiabus, statim  
 in primo gradu earum masculos hæredes substituit, & succes  
 sionem ad primævam suam naturam reduxit: quæ est † usita  
 ta & communis forma, deficiente linea masculina, feudum  
 masculinum ad aliam familiam, salvâ proprietate & naturâ,  
 transferendi: ut scilicet interveniens fœmina ex masculino

feudo foemininum non efficiat, sed tanquam translationis sit medium & organum.

Hac ratione, mediante matrimonio, Elias Graël Ducatum Cliviæ, per uxorem Beatricem, Theodorici Clivensis unicam filiam, in suam familiam traduxit. Hac ratione Wilhelmus Comes Juliacensis, per uxorem, Comitatum Bergensem acquisivit, & suo adiecit. Hac ratione Guilihelmus Juliacensis & Bergensis, Comitatum Ravensperg per matrimonium itidem coniunxit: & sic multi alii, ut historiæ luculenter testantur: omnes tamen accedente Imperatorum consensu, & hac conditione, ut harum foeminarum hæredes masculos, gratiosa concessio non excederet, earum autem filiabus nihil omninò iuris in feudis tribueret, & per consequens Romano Imperio præiudicium nullum adferret, idque dominio suo directo non privaret. Si nondum intelligis (Jurista Apodictice) dicam postea apertius: sed quanquam intelligis, tamen adfectus tibi mentem & oculos sic perstringunt, ut videns & intelligens, neque videas, neque intelligas.

- 40 Transeo nunc † ad alteram distinctionem, qua dixi, hæc feuda Regalia & Maiora esse, non minora: quam sententiam prædictæ investituræ manifestè comprobant: ibi zu rechten Fürstlichen Lehen/ & c. quæ verba nihil aliud, quam feudum relictum & proprium, & quidem dignitatem principalem, imò Regalem habens annexum, denotant, quod ein Fürstlich Fahren Lehen/nos Germani appellamus: quia à Romanis Imperatoribus certis solennitatibus, sub dio, concessionibus & investituræ eorum fierent: ut patet ex ordinatione Regimenti, quod Carolus V. an. 1521. Noribergæ cōstituit. & tradit Schneidev. parte prima de feudis. num. 30. his verbis: Feudum regale quod aliàs dignitatis dicitur, est, quando ab Imperatore, vel Rege Romano dignitas aliqua infendatur: ut est feudum Ducatus, Marchionatus, Comitatus, quod Duci vel Comiti confertur, daß vom Heiligen Reich zu Lehen gehet, & vulgò, ein Fahren Lehen dicitur, darumb daß Key. W. dem

W. den weltlichen Fürsten solche Lehen mit Fahnen/leyhen/den geistlichen Fürsten aber mit einem Scepter: hactenus Schneidvvein. Cùm igitur apud feudistas infallibilis sit Maxima: quod semper tenor investituræ, ( utpote qui derogat omni naturæ feudorum ) sit servandus, *Laudensis in c. unico, num. 5. de his qui feudum dare possunt*, quare ad eam semper recurrendum est, *Bald. in l. quoties. Col. 1. C. de suis & legitimis*: & præterea Germani Jurisconsulti communiter tradunt, quod omnia feuda, quæ Principes Imperii habent, tam Ecclesiastici, quàm seculares, sint feuda Regalia atque ita maiora, non minora: *Borcholt. de feud. cap. 4. de divisione feudorum, divisione secunda. num. 12. & 14. Schneidew. de feudis part. 1. n. 30.* hic articulus ulteriore probatione non indiget.

Sequitur † tertia distinctio, recta & propria, non impropria seu degenerantia esse hæc feuda, de quibus agitur, id docent verba Investiturarum, (*zu rechten Fürstlichen Lehen/*) & vox (*Lehenserben/*) quæ alium successorem quam hæredes mascululos nō admittit. Rectum autem nihil aliud significat, als̄ ein *rechte Lehen*/apud Germanos: quod testantur feudistæ, ut *Zasius de feud. degenerantib. part. 12. n. 1. Borcholt. d. cap. 4. octava divisione. n. 25. Schneidew. d. loc. n. 35.*

Consideratur autem feudum rectum triplici respectu: primum, quia purum est, & non qualificatum ad certa servitia: secundò, quia possessio eius vasallo cum domini licentia præsentē curia traditur: & tertio, quia absque culpa revocari vel adimi non potest. per ea, quæ tradit Dn. *Zasius de feudis. tit. de feudorum divisione. n. 7.* Hanc igitur Feudum rectum (qualia ex præsumptione Juris sunt omnia feuda, nisi per pacta conventa aliam naturam assumpserint) primò habet proprietatem, ut non transmittatur ad fœminam: *c. 1. §. 1. de his qui feudum dare possunt. c. 1. §. filia. de successio. feudi.* Secundò, ut Vasallo non liceat absque consensu domini directi vel testamento vel alia dispositione mortis causa, multo minus inter vivos pactione, con-

ventione, vel alio quocunque modo feudum vel in totum, vel ex parte alienare. Tertio, ut pares gradu & iure: sive sint femine, sive masculi, ex æquis partibus succedant. Quarto, quod hoc casu, scilicet cum plures sunt hæredes, licitum sit feudum partiri vel dividere: omnia secundum Thomam de Marinis, in tractatu suo de qualitatibus & differentiis feudorum, ubi & multo plures naturales proprietates feudi recti enumerat, sicut & Schneidewinus n. 36. & omnes alij, quos hoc loco cum tædio recitare non est opus.

- 42 Itaque † alia distinctio succedit, nimirum controversos Ducatus & Comitatus fuisse feuda olim antiqua, nunc autem esse nova: quam sententiam tamen, tu domine discurrens Jurista, ut absurdam & falsam in tua *Apodixi folio 66. §. quintum argumentum*, explodis, ubi sic scribis: revera omne feudum novum, pendet à concessione nova, quam nunquam vel ex Carolino privilegio, vel ex felonia aliqua à Duce commissa mihi probaveris, causatam: hæc tu. Ego verò explosionem illam tuam nihil quidem facio, sed veritatem amplector, & tueor, quæ est: feudum novum etiam hoc dici, quod paternum vel antiquum cum esset, ob aliquam causam domino directo fuit apertum, & ex gratia rursus collatum vel restitutum, Andr. de Isernia in cap. 1. n. 7. de *successione feudi. & c. 1. de Vasallo decrepita atatis*. Jam vulgo notum est, & ex transactione Venloyensi clarè apparet, Carolum V. Imperatorem, Wilhelmo Duci Clivæ, Juliæ, & Montium, anno 1543. omnia sua feuda ob commissam feloniam ademisse, at vigore istius transactionis restituisse, ubi Illustrissimus Dux Juliæ & Clivæ, in genua procidens coram Maiestate Cæsarea, agnovit, & palam fassus est, se facilitate juvenilis ætatis, & persuasionibus quorundam deceptum & circumventum, graviter offendisse suam Maiestatem, eiusque iram & indignationem erga se provocasse, omni humilitate & submissione soli gratiæ Maiestatis suæ Cæsareæ confisus supplicibus verbis orabat, ut Cæsarea Maiestas illi omnem offensam condonare, eumque

eumque suam in gratiam recipere dignaretur: & paulò post vicissim conventum est, quod præfata Cæsarea Maiestas remittet & condonabit, prout ex nunc, prout ex tunc remittit & condonat, eidem Illustrissimo Duci omnem offensam qua Maiestatem suam offendisse quovis modo comperiat, recipietque & recipit ipsum Ducem in bonam gratiam suæ Maiestatis, remittendo & condonando illi omnem indignationem & offensam, ac deinceps ipsum Ducem habebit, tanquam bonum imperii principem, & una cum principalibus dominiis, terris, & subditis suis, quos nunc habet, quique ei virtute huius tractatus restituentur, sub sua & Imperii protectione. Non iam disputo, an Causæ à domino directo tunc temporis in medium allatæ, veræ fuerint, an secus. sed contextui, & verbis ipsius transactionis iam repetitis inhæreo. Interim tamen non diffiteor, post restitutionem factam, omnia feuda pristinam naturam recepisse, sed non tam per se, quam ex gratia domini culpam remittentis, sicut verba transactionis apertè probant. Deinde eadem hæc feuda ex eiusdem Imperatoris Caroli privilegio, anno 1546. Duci Wilhelmo, eiusque filiabus, & harum liberis masculis indulto, iam rursus nova sunt facta, sic ut investituræ, quæ filiabus vel earum masculis hæredibus ex eo privilegio debentur, non antiquæ, sed novæ sint appellandæ, salva tamen atque incolumi manente feudorum natura, quantum posteros & successores attinet. Affectus igitur, tibi discurrens Jurista iterum visum perstrinxit, ut verba transactionis non rectè inspexeris, & efficaciam privilegii Carolini non satis attenderis: sed transeat etiam hoc, cum multis aliis tuis erroribus.

Restat postrema distinctio, an feuda nostra † sint dividua 43 vel individua, in qua quæstione totius controversiæ & negotii cardo immediatè consistit: quare tantò diligentius est nobis examinanda & ponderanda, quam nolo equidem meis, sed Clariss. J.C. Germaniæ Dn. Hermâni Vulceii verbis decidere:

Deus oculos tibi abstergat, & mentem aperiat, ut veritatem videas, eamque amplectaris: Is inquam JC. percelebris sic scribit in tractatu suo *de feudis lib. 1. cap. 8. de feudorum distributionib. num. 36.* Hodie de consuetudine feuda dignitarum maiorum non solum ratione iurisdictionis & administrationis, sed etiam ratione bonorum & utilis dominii dividi solent, ut communiter docent *in d. §. præterea Ducatus, Isernia & Alvarottus in c. 1. §. omnes filii. si de feudo defuncti fuerit controversia.* Quod ut de cæteris provinciis iam non dicam, de Germania nostra, præterquã quod id docet experientia, testantur Schurf. *cons. 17. n. 5. Cent. 1. Hemming. Gæden. cons. 20. n. 4. Wesemb. cons. 41. n. 163. Hartm. Hart. 2. obs. 20. in principio. Gail. lib. 2. obs. 153. n. 2. Borcholt. d. c. 7. num. 4.* eandemque consuetudinem in Italia receptam esse, testatur Clarus *de feudis. quest. 44. n. 2.* eamque ubique fere, locorum vigere scribit Gailius *d. n. 2.* hætenus Dn. Vulteius.

44 Hanc Germaniæ † generalem & receptam consuetudinem tu domine discurrens Jurista veritate convictus, sicut par est, *in Apodixi tua folio 50. §. in quo mihi videntur,* apertè fateris, ubi scribis, te libenter agnoscere, omnes alios Imperii Romani Ducatus, ex Germaniæ consuetudine esse divisibiles, solos autem Ducatus Juliæ, Clivię & Montium ab hac consuetudine exemptos, sicut consortis & divisionis omnino sint impatientes: at quare? quia, inquis, præ aliis Ducatibus Imperii Romani habent multum regalis dignitatis & maiestatis: quę ratio an vera vel falsa sit, in thesi sequenti 3. singulariter videbimus.

45 Sed quid si tibi demonstrare possem, hos ipsos † Ducatus & Comitatus, non minus ac alios Germaniæ Principatus iam antea non semel, sed sæpius fuisse divisos, an non semper & inter quoscunque successores manebunt divisibiles? certè hoc affirmat idem Dn. Vulteius ex Tyraquello, & Borcholdo, *de feudis cap. 7. p. 3. n. 45. in dicto tractatu & capite de feudis.* Affirmo & ego: quia omnes in hoc consentiunt Dd. Ducatum divisibilem esse, qui semel fuit divisus, multo magis si sæpius: ergo per omnes

omnes familias à primis originibus, usque ad hoc sæculum indagabimus, an, & quando, & qui, hæreditates communes dividerint?

Annales Clivici nobis insigne † exemplum proponunt 46 in Adolphi Comitis Cliviæ eius nominis I II. duobus filiis Eberhardo & Engelberto: huic in divisione fraterna Comitatus Bergensis: illi verò Comitatus Altenæ obtigit anno 1147. ecce unum exemplum.

Qui duo Comitatus in persona eorum parentis Adolphi III. & huius maiorum, usque ad Adolphum I. semper coniuncti & uniti fuerant: is autem Adolphus primus (qui cum fratre suo Eberhardo Henrici primi, cognomine aucupis, Imperatoris temporibus vixit, & uterque eiusdem curialis fuit) hæreditatem paternam (quæ duos Comitatus Altenæ & Montium complectebatur) itidem divisit, sic ut Adolphus quidem maior natu, Comitatum Altenæ sibi reservaret, Comitatum verò Bergensem vel Montium, fratri Eberhardo minori natu traderet, circa annum Christi 924. quo tamen in Monasteriū ingresso, Adolphus frater hos Comitatus rursus coniunxit, ut Peucerus in *Chronico Canonis testatur folio 148.* ecce secundum exemplum. Præterea constat, Johannem Ducem Cliviæ eius nominis secundum, hæreditatem paternam & maternam cum fratre Engelberto natu minore sic divisisse, ut ille paternam, hic vero maternam pro se, & hæredibus suis acciperet: ecce tertium exemplum, & quidem omnia tria in una, eademque familia Clivica: Quid in familia Juliacensi? an non Guilhelmus tertius eius nominis, & Adolphus ambo Comites Juliacenses fratres, Comitatum Juliacensem & Bergensem multis annis coniunctim possessos atque administratos similiter sic dividerunt, ut Guilhelmus quidem Juliacensem, Adolphus vero Montensem seu Bergensem pro se & tuis descenditibus servaret: ecce exemplum quartum. Quid de familia Altenæ & Bergensi? an non Theodoricus Dynasta de Altena circa annum

annum

annum Christi 924. & Comitatum Altenæ, & Comitatum Bergensem simul coniunctim possedit, & eosdem tamen huius Theodorici posterius Adolphus Comes de Altena & Eberhardus Comes Montium fratres rursus dividerunt, & separarunt? ecce quintum exemplum: annon hæc exempla sufficiunt? imò maximè: cum vel unica divisio præsumptionem Ducatum vel Comitatum semper esse dividuum de iure inducat, *ut* *dd. in allegatis locis unanimiter* tradunt: adhuc igitur urges, hos Ducatus ob singularem dignitatem & maiestatem quandam regalem hoc privilegii habere, ut divisionem non admittant? de hac assertionem nunc thesi 3. videbimus, ubi prius lectorem rogavero, ne in vitium vertat, quod thesi secundæ diutius immoratus sim: etenim de proprietate & natura horum feudorum quod fuit dicendum, brevius dici non potuit.

- 47 Et si Comitum & Ducum harum terrarum † magna semper fuit dignitas & auctoritas præsertim Clivicorum, & ex his primi Ælii à Grael qui singulari virtute clarus Pipino Maiori, atque eius filio Carolo Martello Franciæ principibus gratus, & propterea, quod ei contra Saxones & Frisios Christiani nominis hostes bella gerenti, auxilium tulisset, propter benè merita Bataviæ parte, quam Tristerbontia Comitatum tunc dicebant, donatus fuit, cuius & successores, Caroli Magni, & sequentium Imperatorum temporibus, Romano Imperio multa & præclara officia præstiterunt. In primis autem Luthardus decimus Cliviæ Comes ob virtutes, vitæ probitatem & sanctimoniam non solum meruit affinitate stirpis Caroli Magni & domus Cæsareæ decorari, & Arnulphi Imperatoris filiam Horatiam in uxorem accipere: verum etiam post mortem in divorum numerum referri: item Arnoldus Comes Cliviæ duodecimus, Henricum primum Imperatorem aucupem cognomine, bello adversus Hungaros, Hunnosque barbaros Germaniam universam populantes fortiter adiuvit: ob quas res præclare gestas auctoritate, potentia, & opibus eo seculo Comites

mites Clivici in tantum creverant, ut in nova Imperii Germaniæ constitutione Wormatiæ facta Conradus Comes, dicti Arnoldi nepos, inter quatuor Imperii Comites hæreditarios, secundus, omnium ordinum consensu, fuerit electus. Theodoricus ob patris merita, & suas virtutes, Rudolpho Imperatori ex familia Habspurgenfi prognato fuit charissimus, idemque eius affinitate ornatus, duxit enim in vxorem eius neptem Margaritam Austriam, Alberti Ducis Austriæ filiam, qui postea etiam Imperator fuit factus, quod matrimonium Theodorico non solum ornamento, sed etiam emolumento haud parvo fuit: nam Jura, Comitatus & principatus (quæ maiorum consuetudine Regalia vocantur) non solum confirmata, sed etiam ipsi sunt ampliata ditiones urbibus adiectis aucte: constitutus est vicarius Imperii in vicinis Cliviæ Civitatibus Noviomago & Daventria. Adolphus profectus ad Concilium Constantiense generale, meruit maiori Principatus titulo atque potentia iure decorari, & à Sigismundo Imperatore ex Comite Dux Clivensium creari: cuius Principis tanta fuit ubique auctoritas, ut eius nudo dicto plus fidei, quàm aliorum Principum signatis literis palàm haberetur: ut tradunt historiæ: tales, inquam, etsi multi ex Comitibus & Ducibus Cliviæ & aliarum familiarum (quos brevitatis causa prætereo) fuere: tamen inde non sequitur, hos Comites & Principes plus dignitatis & maiestatis regiæ, quàm alios Germaniæ Comites & Principes habuisse: legibus ac consuetudinibus totius Imperii Germanici solutos fuisse, ut sibi Apodicticus Jurista imaginatur, & in thesi 5. latius declarabitur, & in specie ad Jus successionis applicabitur.

Nunc ad quartam thesin accedo, quæ habet, uniones † vel 48  
coniunctiones harum terrarum tam particulares, quàm universalem illam anno 1511. factam, naturam & qualitatem eorū non mutasse, hoc est, eosdem nec confudisse, nec alterasse, nec ex pluribus partibus unum & individuum corpus red-

didisse. Ad hanc thesin probandam suppeditant nobis historia Juliaceses, Clivenses, & Montenses, plurima exempla. De particularibus coniunctionibus primum videamus, postea de universali. Particularis fuit illa coniunctio, cum in persona Theodorici, Comitatus Teisterbantiæ circa annum 757. cum Comitatu Cliviæ ex materna hæreditate, id est, beneficio Matrimonii, cum Imperatoris consensu fuit coniunctus, quem utrunque Reinoldus Cliviæ & Teisterbantiæ Comes, quemadmodum & eius descendentes Cuno sive Cono, & Baldwinus sub Pipino, Carolo Martello, & Carolo Magno Romanis Imperatoribus coniunctim possederunt. Hæc tamen coniunctio non impediit, quin Baldwini duo filii Eberhardus & Robertus paternam hæreditatem rursus dividerent, & ille quidem Comitatum Cliviæ: hic verò Comitatum Teisterbantiæ in solidum acciperet: ecce primum exemplum. Theodoricus V. Comes Cliviæ ad suum Comitatum Dynastiam Dinstack per matrimonium Friderico II. Augusto consentiente adiecit, cuius antea diversi & separati fuerunt possessores: easdem ditiones eius descendentes per divisionem rursus separarunt. ecce secundum exemplum. Gerhardus Comes Juliacesis Adolpho Comite Montium sine liberis defuncto, cum consensu Cæsaris, Comitatum Montensem, Comitatu Juliacesi adiecit, ac utrunque coniunctim, sicut & filius & nepos Guillelmus secundus & Gerhardus secundus quietè possedit: cum autem Gerhardus duos filios reliquisset, Guillelmum tertium, & Adolphum, in divisione fraterna illi quidem Comitatus Juliæ: huic autem Montium Comitatus obvénit: ecce tertium exemplum: ex quo apparet, coniunctionem, divisionem & separationem partium coniunctarum, non impedivisse. Theodoricus Dynasta in Altena, possedit simul Comitatum Montium seu Bergensem, & Dynastiam Altenæ: sed cum Cæsar Augustus Dynastiam Altenæ ad Dignitatem Comitatus evexisset, primus Comes Altenæ Adolphus cum fratre Eberhardo divisionem

visionem iniiit, & Comitatum quidem Altenæ sibi in solidum reservavit, Comitatum autem Montium fratri Eberhardo cessit: ecce quartum exemplum. Adolphus tertius & eius maiores simul possederunt Comitatum Altenæ & Comitatum Montium, quos tamen eius filii Everhardus & Engelbertus anno 1174. rursus separarunt: ecce quintum exemplum. Rursus Adolphus V. Eberhardi nepos ad Comitatum Altenæ, Marchiæ Comitatum adiecit, & utrunque coniunctim possedit, sed an non posterius ipsius postea eisdem iterum separarunt & distinxerunt? ecce sextum exemplum. Adolphus Comes Marcanus cum consensu Caroli IV. Imperatoris factus est Comes Cliviæ, atque ita simul cum Comitatum Cliviæ, tum Marchiæ solus possedit, sed paulò post eius filius itidem Adolphus nominatus beneficio Sigismundi in Concilio Constantiensi Dux factus & creatus, & utriusque nomine anno 1417. ab eodem investitus, Ducatum Cliviæ sibi servavit, Comitatum autem Marchiæ fratri Theodorico cessit & tradidit: ecce septimum exemplum. De tertio fratre Gerhardo postea dicam: & hic Adolphus est tuus, (si Diis placet) conditor Maioratus. Denique cum anno Christi 1511. in persona Johannis Ducis Cliviæ & Marchiæ per matrimonium Mariæ unicæ & ultimæ filiiæ Wilhelmi Ducis Juliæ & Montium universaliter omnes hi Ducatus Juliæ & Clivensis & Montensis, nec non Comitatus Marchiæ & Ravenspurgi beneficio & privilegio Divi Maximiliani I. Imperatoris coniuncti sint, quid quæso obstabit, quin deficiente nunc omnium harum familiarum masculina linea, ad filias Wilhelmi ab Imperatore Carolo V. omnes habilitatas & capaces factas, earumque hæredes masculos devolvantur, & inter ipsas rursus dividantur? Sed quid in re tam manifesta & aperta ulteriori demonstratione & probatione opus est? cum ipsi auctores huius universalis coniunctionis, nimirum prædictus Wilhelmus Dux Juliæ & Montium, & Joannes eius nominis secundus, Dux Cliviæ & Comes Marcanus vo-

luntatem, mentem & intentionem suam disertis verbis tam in pactis Dotalitiis, quàm in formula confœderationis perpetuæ anno 1496. erectis, expresserint, ibi.

Duch ist tûschen vns beeden Herzogen obgenant gefürwort/ vñ  
verscheyden/dat wter vnd vaser beeder Erven / vnd Nachkommen/  
Fürsten vnd Herrn/ der obgenant vnser Fürstenthum vnd Landen/  
vnd Vnderthanen/ dieselben vnser Fürstenthumb vnd Land/ als seg-  
lich Land vñnd Vnderthanen bey ihren Privilegien/ Freyheiten/  
Brieffen/ Eiegeln/ Rechten/ Herkommen vñ Gewonheiten lassen/  
handhaben vnd behalten sollen/ &c.

Ex quibus omnibus lucemeridiana clarius apparet, falsum esse tuum problema: (Jurista Apodictice) quod res unita faciat naturam & conditionem rei, cui unitur: eiusque consuetudines & privilegia assumat: item quod coniuncti Ducatus & Comitatus parificentur, & ad eandem naturam & proprietatem redigantur: & per consequens corruiat tuum illud primū fundamentum maioratus, cum inter se pugnent maioratus & divisio: corruiat & alterum unionis seu coniunctionis, cum hæc naturam & conditionem partium unitarum non mutet, sicut supra est demonstratum. Quomodo igitur ædificium tuum his fundamentis tam debilibus, impositum, & hætenus tanta pompa pro firmissimo habitum, à ruina conserves & defendas, tu videris.

49  
Thesis 3.  
Sequitur iā † thesis 5 in qua asserenda & probanda nō magno labore opus est: quia discurrens Jurista negare non potest, possessores & dominos harum terrarum à multis seculis fuisse cives, Vasallos, membra, & status Romani Imperii: status autem & Vasalli Romani Imperii, etsi officiis, ordine, & sessione sunt distincti, tamen uti dignitate, ita & iure sunt pares: unde & Pares eiusdem Curia, vel Curtis, vel domus, vel solutè Pares vocantur, sive Vasalli eiusdem Imperii, & Regni: Duarenus de feud. c. 7. n. 3. & Wesenb. de feud. cap. 17. n. 3.

Jam cum successio alia sit allodialis, alia feudalis, in neutra posses-

possessores harum terrarum singulare ius usurparunt: sed legibus & ordinationibus Imperii tam ipsi, quàm ipsorum subditi semper paruerunt, ut per se notorium est. In feudalibus autem successionebus secuti sunt consuetudines feudales cōmunes, quæ in scripturam sunt redactæ, & in universo Imperio hætenus viguerunt, atque etiamnum vigent: ut ex sequentibus clariùs apparebit.

Cum hac thesi ex diametro pugnat, quod Jurista apodicticus passim pro Maxima ponit, nimirù † fœminas in his Comitibus & Ducatib. iure proprio, non singulari succedere: audio: sed nihil aliud quàm figmentum tuæ cerebri: erras mî domine Jurista apodictice, erras! (inquam) & non consideras, qualia sint feuda, de quibus agitur: nimirum masculina, principalia, & quidem recta, non degenerantia, ut in probatione secundæ theseos satis planum feci. Masculinum autem & principale, & rectum feudum suâ naturâ & proprietate fœminam ad successionem non admittit: quod quia est axioma Juris feudalis indubitatum, probatione non indiget. Sed & historix & annales harum terrarum illud ipsum comprobant: denique praxis & observantia confirmat. Audiamus quid Gertettus de Schuiren, qui vixit anno 1478. & Johanni primo Duci Clivix à secretis fuit, ideoque rerum Clivicarum peritissimus, & per consequens testis omni exceptione maior, de hac quaestione scribat.

Graff Ditto (inquit) Herzog zu Cleve/ vnd Graff zu der Mark lieffe keinen sohn nach ihm/ sondern ein einztge Tochter/ welche herr Johann von Arckell bekame: auch lieffe er nach ihm eine Schwester/ das war die Fraw von Paruis: auch lieffe er zween brüder nach ihm/ als Dieterichen vnd Johannem/ vnd dieweil die Graffschafft Cleve von dem Römischen Reich zu Lehen gehet/ auch eine von den vier Fürstlichen Graffschafften des Reichs ist/ Darumb kondte auß dieser ursachen (NB.) nach absterbung seiner/ die Graffschafft auff seine Tochter die Fraw von Arckell/ als eine

Weibsperson (NB.) nicht fallen: derwegen sie kam auff Dieterich-  
 chen/gedachtes Graff Ottenbruder: & paulò post: Dieser Graff  
 Dieterich verliesse auch nicht mehr als eine einzige Tochter/welche  
 eine Gräffin von der Marck ware/vnd weil die Graffschafft von  
 Cleve (NB.) auff keine Frau fallen konte/derhalben kame dieselbige  
 Graffschafft auff Graff Johann von Cleve/des gedachten Die-  
 terichs jüngsten bruder/der ein Thumbdechant zu Eölin was/vnd  
 ein Herr des Landes zu Linne. & rursus paulò post. Nach dem  
 dann der gute Graff Johann von Cleve ohne Sohn/Dochter/vnd  
 Bruder gestorben was. (qui casus nostro per omnia est similis.)  
 vnd vier vnterschiedene Herrn/ein jeder gern Graff zu Cleve gewe-  
 sen were/nemblich herr Dieterich/herr von Horn vnd Paruis, ge-  
 dachtes Graff Johann von Cleve gewesener Naht: Graff En-  
 gelbert von der Marck/von wegen seiner nochlebenden mutter/wel-  
 che Graff Dieterichs Graff Johansen bruders einzige Tochter  
 war: herr Adolff von der Marck/gedachtes Graff Engelberts bru-  
 der: vnd dann lezlich Graff Otto von Arckella. Die weil dann die  
 von Cleve/weder den von Paruis, noch den herrn von Arckel für ih-  
 ren herrn erkennen wolten/vnd auch Graff Engelberten nit gern  
 gehabt hetten/(doch waren sie ihm günstiger dann dem von Paruis  
 oder dem von Arckel) liesen sie Graff Adolffen von der Marck (der  
 ein löblicher vnd berühmter grosser herr war) ein: vnd wurde allda  
 von der Ritterschafft vnd denen von Cleve ihme gehuldigt vnd ge-  
 schworen/auff welches er auch als bald zu Keyser Carolo auß Bö-  
 heim sandte vnd die Graffschafft Cleve zu Lehen empffenge. Ha-  
 ctenus Gertertus von der Schuitren / testis in hac controversia  
 vel solus sufficiens, multò verò magis, quia ei omnes annales,  
 genealogiæ & chronologiæ Clivenses consentiunt.

Sed si fortassis & his fidem non adhibes (velutite in semel  
 concepta opinione etiam erronea pertinaciter insistentem ag-  
 novi) producā tibi testimonia & auctoritates ipsorum et  
 Principum harum terrarum: maximè verò Wilhelmi Ducis  
 Julię & Montium: & Wilhelmi Ducis Julię, Cliviæ, & Mon-  
 tium.

eium. quorum ille quidem anno 1511. hic verò anno 1592. ex hac vita migravit : Uterque horum Caducitatem metuens, filiabus suis habilitationem & capacitatem ad successionem feudalem ab Imperatore Romano impetravit, & hoc ipso cōfessus est, scēminas, in his Comitatibus & Ducatibus ( ut tu vis apodictice Jurista ) non iure proprio, sed singulari succedere. Attende igitur quid Imperator Maximilianus primus de istius petitione affirmet in suo privilegio de anno 1508. ibi. **Als der hochgeborn Fürst Wilhelm herzog zu Sülch vnd Berg/ vnser lieber Oheim/ Fürst vnd Raht/ zwen Herzogthumb/ mit name Sülch vnd Berg/ so von vns vnd dem Heyligen Reich zu Lehen rühren/ innhet/ vnd noch zur zeit keinen ehelichen mannlischen Erbserber hat (NB.) haben wir gültlich betracht vnd angesehen/ des bemelten vnsern lieben Oheimen/ des Herzogen von Sülch/ getreuen vnd nützlichsten Dienst/ so er vns/ vnd dem H. Reich in mannifaltigen weg bewiesen hat/ noch täglich thut/ vnd künfftiglich wolthun mag vnd sol/ auß sondern gnaden/ (NB.) vnd auff sein fleissig demütig bitten vnd ersuchen / auch damit die berührte Herzogthumb vnd Graffschafft Ravensperg/ nach seinem abgang ( besonders dieweil etliche güter der benandter zwener Herzogthumb an andere end fallen möchten/ ) nicht zertrennet / noch vns / noch dem H. Reich deshalb also nützlich vnd wol gedienet würde/ vnd darauff mit gutem Raht/ &c. Attende etiam quid Imperator Carolus V. de huius imploratione in suo privilegio de anno 1546. attestetur: his verbis : **Als icho der hochgeborn Wilhelm Herzog zu Sülch/ Cleve vnd Berg/ &c. Graffe zu der Marck vnd Ravenspurg / herr zu Ravensstein/ vnser lieber Schwager vnd Fürst/ des Durchleuchtigsten/ Großmächtigsten Fürsten / hern Ferdinanden / Römischen/ zu Hungarn vnd Böhheim/ &c. Königs/ Erzhertzogs zu Osterreich/ Herzogen zu Burgundi/ vnd zu Tyroll Eraven / vnsern freündlichen lieben bruders Dochter/ die Durchleuchtige/ Hochgeborne Fürstin / Fraw Maria/ geboorne Königin zu Hungarn vnd Böhheim/ Erzhertzogin zu Osterreich/ Herzogin zu Burgundi / zu**  
**Steyer/****

Steyer / zu Kerndten / zu Erain und Württemberg / re. Graffen zu  
 Nabsburg und Tyrol / vnser freundliche liebe Ruhm / nach Gött-  
 licher vnd der heyligen Christlichen Kirchen Ordnung / zu dem Sa-  
 crament der heyligen Ehe genommen / vnd was demnach demüti-  
 glich angeruffen vnd gebetten hat / das wir seiner Liebden / vnd ders-  
 selben Gemahlin von Römischer Keyf. Maj. macht vnd gewalt /  
 NB. diese besondere genad vnd freyheit zugeben / gnädialich geruheren /  
 wann es sich gefügte / das er bey / vnd mit gemelter seiner Gemahl /  
 NB. vnserer Ruhmen / in wehrender Ehe / nicht Söhne / sondern alleyn  
 Döchter überkeme / die aber vor den Döchtern / oder derselben eheli-  
 chen Leibs Erben / ohne eheliche männliche Leibs Erben todts hal-  
 NB. abgiengen / das alsdann auff die Döchter so von ihme / vnd gedach-  
 ter vnserer Ruhmen seiner Gemahlin ehelich geboren / alle vnd je-  
 de S. L. Fürstenthumb / Graffschafften / Herrschafften / Land vnd  
 Leuth / die von vns als Römischem Keyser / vnd dem heyligen Reich  
 zu Lehen rühren / fallen / kommen / vnd ihnen zustehen sollen / sie auch  
 derselbigen Lehen durch ihre träger zu empfangen tüglich vnd ge-  
 schickt seyn / vnd ihnen / vnd ihren ehelichen männlichen Leibs Erben  
 von vns / vnd vnsern Nachkommen am Reich / zu Lehen verlihen  
 werden sollen : Also haben wir angesehen / re.

An tu ( discurrens Jurista ) hos magnos, discretos, & prudē-  
 tes Principes, tam stupidos aut etiam stolidos fuisse existimas,  
 ut suorum feudorum naturam, qualitatem & conditionem i-  
 gnorarint, & pro filiabus suis ex gratia singulari ab Imperato-  
 ria Maiestate petierint & rogarint, quod iure proprio & ex na-  
 tura ipsa feudorum illis, in defectum lineæ masculinæ debeat-  
 ur? nemo sanæ mentis tibi ad stipulabitur: non enim est vero-  
 simile quod tu dicis, & per consequens est absurdum & fal-  
 sum.

51 Sequitur thesis 7. quæ habet, † Duces vel Comites ipsos  
 aut solos, aut etiam cum assensu procerum, absque Imperato-  
 rum voluntate de his feudis nihil pacisci, nihil testari, nihil sta-  
 tuere, nihil denique mandare potuisse. Huius thesıs veritas  
 pēdet

pendet ex natura, proprietate, & qualitate feudi masculini, re-  
cti, quæ non patitur pactum, testamentum, statutum, manda-  
tum, vel edictum, solius vasalli, si dominus ipse non consentiat:  
maximè si pactum, vel testamentum, vel statutum, vel manda-  
tum & edictum legibus & consuetudinibus Curiaè Imperialis  
repugnat. Etenim feudorum proprietates non ad vasallum sed  
ad dominum spectat: Ergo si de eo aliquid paciscitur, vel sta-  
tuit, vel mandat vasallus, de re aliena paciscitur, statuit, & man-  
dat, & per consequens nihil agit. Hæc cum sint principia Juris  
indubitata & immota, lectorem benèvolam multis & longis  
allegationibus ad tædium & nausæa desuper præpedimentum  
obiicere nolo.

Extant statuta & edicta, quæ penultimus Dux & Comes  
laudatissimus Wilhelmus Juliae, Cliviae & Montium, Marchæ  
& Ravensburgi anno 1582. Düsseldorfii imprimi fecit ad res  
tantum privatas singulorum subditorum pertinentia: hæc in-  
quam statuta & edicta, etsi per se iuri communi Romano, na-  
turali equitati, & receptis consuetudinibus antiquis confor-  
mia, & propterea à proceribus & Statibus universis unanimi  
consensu comprobata, optimus Princeps vigorem habere no-  
luit, donec Cæsareæ Maiestatis confirmatio, & rati habitio iis  
accederet: quis igitur dubitabit de rebus ipsum statum publi-  
cum concernentibus unquam licuisse possessoribus harum  
terrarum, non requisito domino aliquid facere? veluti con-  
suetudinem in successionebus usitam & receptam, atque et-  
iam iuri feudali consentaneam vel mutare, vel abrogare, & in  
eius locum novam succedendi formam introducere? non li-  
cuisset dico, non solum de iure, sed etiam ex Reecessibus provin-  
cialibus inter ipsos dominos, & eorum ordines & Civitates,  
per mutuum consensum initis: qui cum contractus sint ultrò  
citroque obligatorii, & quidem perpetui & hæreditarii, meri-  
to exactam observantiam requirunt: quod ut lector, plenius  
& manifestius intelligat, eum ad copias factorum Reecessuum

anno 1451. & 1511. huic scripto adiunctas remissum volo.

Et nunc ad thesin octavam pergo: quæ † de vero intellectu Privilegiorum Cæsareorum super habilitatione filiarum impetratorum agit, & accurata confirmatione non indiget: quia de Jure cōmuni regulariter omnia Privilegia strictè sunt intelligenda. Et si sunt personalia, personas in iis nominatim compræhensas non egrediuntur, ut manifestè ex iis apparet, quæ infra ad confirmationem propositionis X V. sunt allegata, quo lectorem remitto.

53  
Th 9. 10. 11

Sed pergo ad thesin 9. 10. 11. quarum thesium connexarum probationem ex historiis, annalibus, genealogiis, & chronologiis depromere oportet: quia autem infinita sunt exempla, brevitati studebo, & ex multis, tot saltem, quæ veritati adstruendæ sufficere videbuntur, in medium afferam.

Theodoricus Comes Cliviæ secundus cum fratre Godefrido ex paterna & materna linea tres Comitatus adeptus est: Comitatum Cliviæ, Comitatum Teisterbantii, & Comitatum Loyensem. Godefridus Junior contentus Comitatu Loyensi, ut maior esset fratris natu maioris auctoritas & potentia, ei Comitatum Cliviæ & Teisterbantii volens cessit. Theodoricus nonus Comes Cliviæ fratrem habuit itidem Theodoricum nominatum, cui quoniam cesserat in partem hereditatis Comitatum Hulckeradium, circa Neussiam, ipse Comitatum Cliviæ solus retinuit. Adolphus primus Theodorici filius Comitatum Altenæ sibi reservavit: Comitatum verò Bergensem fratri Everhardo seu Engelberto in partem hereditatis cessit. Rursus Adolphus Comes Altenaensis & Bergensis ideo solus utrunque Comitatum retinuit, quia Cononius frater minor natu Archymythes Agrippinensis est factus: hic Adolphus tres filios reliquit Eberhardum, Arnoldum & Engelbertum: huic Comitatum Bergensem assignavit: Arnoldum, ad Archiepiscopatum Coloniensem promovit: Ipse vero Comitatum Altenæ sibi reservavit: huius Eberhardi duo filii, Fridericus &

cus & Bruno sic de paterna hæreditate transegerunt, ut Fridericus quidem solus ex asse succederet, frater autem Bruno in Archiepiscopum Coloniensem fuerit electus. Adolphus V. duos reliquit Comitatus Marchæ & Altenæ, & totidem filios, Adolphum & Engelbertum: quare ille in Comitatu Altenæ, hic verò in Comitatu Marchæ successit. Adolphus novus, Comitatus prædictos ideò solus possedit, quia frater Engelbertus Antistes Leodiensis est factus. Adolphus primus Dux Cliviæ, fratri Theodorico Comitatum Marcanum cessit: quo mortuo sine liberis post longam dimicationem cum fratre Gerardo natu minore sic transegit, ut ipse quidem de Comitatu Cliviæ solus gauderet: fratri verò Gerardo Comitatum Marchæ & alias hæreditatis partes traderet: ut prolixè recitat Gertettus de Schuiren in suis Chronicis. Joannes primus eius nominis Dux Cliviæ, Comes Marchæ, & Dominus Ravenstene, ex hæreditate paterna accepit Comitatum Cliviæ: Adolphus verò frater Comitatum Marchæ & Dominium in Ravenstein: Joannes eius nominis secundus cum fratre Engelberto ita pactus est, ut ille quidem hæreditatem paternam, nimirum Comitatum Marchiæ & Ducatum Cliviæ cum pertinentiis solus haberet: hic verò maternam hæreditatem, nimirum Comitatum Niversii, Auxerræ, Rhetelii, Estampes & alia bona, in Galliis & alibi sita, acciperet: quemadmodum documenta in Archivo Clivico custodita indubitam fidem faciunt, & Ducis Niversiani modernam prætensionem omnino perimunt & elidunt.

Possent in illustri familia Juliacensi & Montensi plura similia exempla ex historiis repeti, sed quia superiora ad probandas theses, IX. X. XI. (meo quidem iudicio) sufficiunt, subsisto. Verum enim vero vel ipse Jurista apodicticus vel alius mihi fortè obiiciat, ut plurimum inæquales fuisse fratrum divisiones: Respondeo, Nihil hoc referre: Nam † etiam inæqualis 54  
divisio est divisio, Certè Jus ipsum & investituræ Feudales æ-

qualitatem in divisione requirunt, sic enim concessionem atque etiam renovationem earum fiunt, ut cum vassallum ipsum, tum ipsius heredes feudales (*die Lehens Erben*) complectantur, qui si plures in eodem gradu concurrunt, succedunt omnes ex portionibus æqualibus, non obstante, quod forte à patre suo in ultima voluntate instituti sunt in allodio ex portionibus inæqualibus: *per cap. 1. de success. feudi. Paris de Puteo. de Redintegr. feudi. cap. III. n. 1. & c. 293. n. 7. Welenb. de feudis. c. 5. n. 9. & 14. Borholt. c. 8. n. 4.* Sed hoc libertatem filiis etiam inæqualiter dividendi non adimit: quia nemo prohibetur iuri & favori suo, si velit, renunciare: quod certè fieri necesse est, cum ex æquali divisione ipsi fratres tantum habituri non sint, quantum ad statum & conditionem suam honestè tuendam & producendam sufficere possit: e contra, si Dux aliquis moriatur, duobus post se filiis, cum Ducatu uno, tam amplo relictis, qui utrique ad tuendum statum suum sufficiat: hoc certè casu Ducatus, etiam si unicus sit, dividendus erit: inquit doctissimus J.C. Hermannus Vulteius *de feudis lib. 1. cap. 8. nu. 36. §. quid enim si quis Dux moriatur*: allegans Rolandum à Valle *consil. 80. num. 18. vol. 1.*

**Thesis 12.** Sequitur nunc thesis XII. cuius veritas in vulgato Juris axiomate consistit, quod vult, Ea † quæ sunt meræ facultatis, præscriptionem non inducere, vel in consequentiam trahi non posse: Tyraquellus *de Retract. Conventionali. §. 1. n. 22. per l. viam publicam & ibi Bart. & alii. Dd. ff. de via publica*: provocare autem ad divisionem, & eam vel æqualibus vel inæqualibus portionibus facere, est actus meræ facultatis: Itaque unius factum alteri non præjudicat, ut divisionem vel urgeat, vel non urgeat: æqualem portionem accipiat, vel non accipiat.

**Thesis 13.** Succedit thesis XIII. quæ cautionem continet, quæ pater tantum unam, vel etiam plures filias habens, caducitatem feudi vitare possit: nimirum per impetrationem Cæsareæ

rez

reæ habilitationis : quam usitatè privilegium successorium vocant.

In feudis harum terrarum fœminæ etiam deficiente linea masculina non succedunt: quia conditio & qualitas feudi masculini & quidem recti hoc non permittit: deinde quia Investituræ non nisi masculos vocant: Tertio, quia consuetudo nec generalis nec particularis seu localis filias successionis feudalis in hoc casu capaces facit. Quid igitur? nimirum deficiente linea masculina † feudum domino aperitur, & ut 56  
vulgo loquuntur caducum fit, nimirum si vasallus nec filium, nec fratrem, nec agnatum habeat, sed familiæ & agnationis suæ ultimus sit: Quare hoc casu aliquando ab Imperatore Romano etiam adhuc vivente vasallo investitura impetratur, quam alii (ein Genaden Lehen) Saxones (ein Geding) Nos Germani (ein Expectanz oder Anwartsung auff etines andern Lehen / ) Interpretes nostri investituram de caducitate successionis vocant: quod Andr. Gail. in lib. 2 obs. 155. his verbis expressit: **So einer der letzte seines Stammes vnd Namens ist/ kan vnd mag dessen Lehen von dem Lehenherrn aufgeben/ vnd einem andern die Anwartsung verlihen werden/** ut refert insignis Hassiæ Jurisconsultus Hermannus Vulteius de feudis lib. 1. cap. 7. num. 48. & ante eum Clarissimus vir Hartmann. Pistoris à Seudelitz in libri secundi questionum parte posteriore, quest. 25. per totum, ubi latissime tractat, cur & quatenus hæc investituræ species, de Jure valeat, & quos effectus producat. Atque hinc est, quod cum Wilhelmus Dux Juliæ & Montii an. à Christo nato 1483. adhuc nullos liberos, neq; etiã fratrem nec agnatum ullum haberet, illam occasionem conspicatus fortissimus Heros † Albertus Dux Saxonix & Margravius Thuringiæ (qui Friderico Imperatori Romano eius nominis III. contra Carolum Ducem Burgundiæ & Hungaros strenuam operam novarat) eiuscemodi investituram abusivam ab ipso Cæsare Friderico III. in prædicto anno in compensationem

benemeritorum pro se & hæredibus suis feudalibus impetra-  
 verit: in eum finem, ut si contingeret, præfati Guilhelmi Du-  
 cis Juliæ & Montium Ducatus, & Comitatus post ipsius obi-  
 tum Sacræ Cæsareæ Maiestatis & Imperio aperiri: eos ipse pro  
 se & hæredibus suis masculis in feudum Imperii haberet, &  
 possideret: ut ex subiecta copia eius concessionis evidenter ap-  
 paret. Verum enimverò prænominatus Wilhelmus Dux Juliæ  
 & Montium, cum uxor ei filiam Mariam primam peperisset,  
 & ipse etiam Maximiliano primo esset à Consiliis, facillè obti-  
 nuit, ut Cæsar Maximilianus Friderici filius hanc ipsius filiam  
 non solum anno 1508. per singulare privilegium ad feudalem  
 successionem habilem & idoneam efficeret, sed etiam anno  
 1509. ultra eiusdem plenioris confirmationem prædictam  
 concessionem Saxoniam ex gravibus causis nullam & invali-  
 dam declararet: ut literæ super ea re confectæ abundè testan-  
 tur: huius privilegii tenorem secutus Joannes Dux Cliviæ, &  
 Comes Marchæ, eius nominis tertius, maritus prædictæ Du-  
 cissæ Mariæ unicæ filię & hæredis, statim post obitum Soceri,  
 terras Julienses, Montenses, & Ravenspurgenses occupa-  
 vit, & anno 1521. cum iisdem ab Imperatore Carolo V. reali-  
 ter est investitus.

Idem consilium & exemplum secutus est Wilhelmus Dux  
 Juliæ, Cliviæ, & Montium, præfati Guilhelmi nepos: qui cum  
 ipsi Maria Regina Ungariæ Regis Ferdinandi filia anno 1546.  
 desponderetur, itidem filiabus suis, tum nondum natis, sed na-  
 scituris, per impetrationem similis privilegii sic prospexit, ut  
 Imperator Carolus V. eas omnes in casum caducitatis ad suc-  
 cessionem feudalem capaces redderet: ut ex tenore ipsius pri-  
 vilegii manifestè constat: & quia in his familiis idem casus a-  
 liquoties accidit, ut scilicet linea masculina omninò deficeret,  
 non est dubium quin plura eiusmodi habilitationum privi-  
 legia à Cæsaribus fuerint impetrata, sed quia hoc rerum statu  
 Archiva terrarum sunt occlusa, alia modo edi non potuerunt:  
 itaque

itaque lectori benevolo hæc duo sufficiant, ex quorum formâ & tenore facilè est de antiquis omnibus iudiciû facere. Quoniam verò de his duobus privilegiis Cæsareis, successione feudalem filiabus in casum Caducitatis conferentibus supra etiam aliquid est dictum, & ad exempla eorum seu copias lector remissus: nihil hîc addam amplius.

Sed ad thesin XIV. progrediar, de qua hæc ipsa † privilegia nobis plenam fidem faciunt: etenim Wilhelmus senior, unicæ tantum filiæ Mariæ prospexit, cum plures non haberet: Wilhelmus autem, huius Wilhelmi nepos omnibus ex æquo, quotquot ei & Mariæ Reginæ essent nalciture, habilitationem in eventum petiit, atque impetravit: potuisset quidem si voluisset saltem pro primogenita & petere & impetrare: sed æqualis erga omnes affectio eum permovit, ut ætatis rationem nullam haberet, sed dispositioni iuris communis se conformaret.

Sequitur thesis XV. quæ fundata est in *l. 1. ff. de constitutionibus principum*: ubi manifesta † differentia constituitur inter constitutiones principum generales, & personales: illæ vim legis habent, & obligant, hæ non item, nec enim personam egrediuntur, nec in exemplum trahuntur: quod etiam approbat Imperator Justinianus in *lib. 1. Inst. tit. 2. §. quodcumque ergo, &c.* unde & Imperatores, Theodosius & Valentinus ad senatum rescripserunt, privilegia non esse generalia iura, sed leges facere his duntaxat negotiis & personis, pro quibus sunt promulgata: quæ cum omnibus nota sint, probationi huius theses diutius non immoror.

Sed thesin XVI. & ultimam aggredior: de cuius veritate nemo dubitat, quia apud omnes Jurisperitos tam theoreticos, quàm practicos in confesso est: † circumstantias etiam minimas læpe facti integrum statum mutare, *l. bona fides. ff. de positi. & modicam diversitatem facti, magnam iuris diversitatem causari. l. si is. ff. de excusat. tutorum. l. hoc legatum. ff. de legatis. 2.*

Speculator in titulo de advocatis. §. nunc videamus & multi alij.

Concludo igitur ex iis quæ hactenus dicta sunt, necessario  
 61 & irrefragabiliter sequi, † decisionem præsentis controversi-  
 fiæ de successione Juliacenſi, Clivenſi, & Montenſi, quatenus  
 est feudalſis, non ex prætenſo iure Maioratus ſeu primogeni-  
 turæ: non ex unione provinciærum: non ex pacto Adolphi  
 primi Ducis Cliviæ: non denique ex conventionẽ matrimon-  
 niali Prutenica: ſed ex privilegio habilitationis Carolino, tan-  
 quam ſolo & unico indubitato & immoto fundamento eſſe  
 petendam: fundamento, inquam, quod laudat ſſimus Prin-  
 cept Wilhelmus Dux Juliæ, Cliviæ & Montium, harum om-  
 nium terrarum poſſeſſor, unicus poſuit, quod invictiſſimus  
 Cæſar Carolus quintus, non temerè, ſed deliberatò, & cum  
 cauſæ cognitione, in publicis Imperii Comitibus comprobavit,  
 quod eius frater, fratrisque filius, Imperatores, Ferdinandus &  
 Maximilianus in ſolenniſſima forma ratum habuerunt: ideo  
 in victum & immotum: quia cum iure communi Imperii, cum  
 legibus & conſuetudinibus feudalibus, cum antiquo uſu & ob-  
 ſervantia conſentit, & denique ipſa iuſtitia, veritate, & natura-  
 li æquitate eſt munitum, & ſuffultum. Cùm econtra illa (apo-  
 62 dictice Jurista) cauſæ † tuæ quaſi principia ſeu fundamenta  
 cum his omnibus & ſingulis pugnent, imo ſeiſa invicem eli-  
 dant, deſtruant, & in nihilum redigant. Quid enim quaſo ſi  
 ſatis firmum & verum fuit primum, neceſſitatem tibi impo-  
 ſuit, accerſendi ſecundum & tertium: Si maioratus vel ſolus,  
 vel cum unione terras hæc facit individuas, quid conventio-  
 ne matrimoniali opus fuit? Sed nunc tempus eſt redeundi ad  
 eam apodixeos tuæ partem, à qua digreſſi ſumus, ut te oppoſi-  
 tione contrariæ ſententiæ non nihil in ordinem redigeremus:  
 Igitur in §. cauſam vero tacitè ex prædicto pacto Clivenſi, &c. repe-  
 tis: qua ratione motus Adolphus primus Dux Cliviæ in anno  
 1418. diviſionem Ducatus Cliviæ inter filios ſuos & filias ſuas  
 prohibuerit: ſed heus bone vir: nihil hoc ad patrociniũ tuæ  
 cauſæ

causæ servit: Sicut enim una forma non omnibus calceis convenit, ita & ab una facti specie ad aliam non recte argumētum ducitur: sed ut circumstantiæ factum variant, ita ex varietate & diversitate facti, varium & diversum ius sequitur: quod ut benevolus lector manifestius intelligat, sciendum est † A. <sup>63</sup> Adolphum illum Comitem Cliviæ & Marchæ habuisse duos fratres se iuniores, Theodoricum & Gerhardum: Adolpho tanquam maiori natu assignarat parens Adolphus Comitatum Clivię: Theodorico secundo, Comitatum Marcanum: tertius minor natu Gerhardus juvenis, literis operam dabat: hic igitur anno 1411. ex Academia Parisiensi domum reversus, & ipse portionem suam hereditariam à fratre Adolpho petiit, & cum inde lis inter fratres oriretur, Adolphus tandem hac ratione fratri Gerharδο satisfacit, ut ei certas partes possidendas traderet, nimirum *Keyserwerth / Eynsig / Nymagen / & Sunderlandt*: post paucos annos, videlicet anno 1416. idem Adolphus in concilio Constantiensi à Sigismundo Imperatore in Ducem creatus est: & cum sequentibus annis novę lites inter eum & fratrem Gerhardum orirentur: maximè cum eorum frater Theodoricus Comes Marcanus interim sine liberis moreretur, instigante Theodorico Archiepiscopo Coloniensi, qui Gerhardi partes fovebat: tandem † Ludovicus <sup>64</sup> Dux Bavię, ab utraque parte in arbitrum electus, per Laudum, controversiam sic dirēmit, ut Adolpho quidem Clivenses terras, Gerharδο autem totum Comitatum Marcanum ad iudicaret: à quo laudo etsi Adolphus ad Pontificem Romanum appellavit, atque etiam rescissionem ipsius impetravit, tamen Gerhardus frater, huic appellationi citationes & mandata Imperialia opposuit: inter has turbas & contentiones, † Adolphus Clivensibus suis ordinibus, rogando persuasit, <sup>65</sup> ut promitterent, si ipse ex hac vita excederet, vel primogenitum filium, vel deficientibus filiis primogenitam filiam, pro successore agnoscerent: Malè. Nam hoc in fraudem & odium

fratris Gerhardi fiebat, cui in hunc eventum successio de iure debebatur: quare & status & subditi Marchici ei contra fratrem adhærebant, & idem promittere recusabant, ut historicus authenticus Gertertus testatur.

Jam igitur Jurista apodictice, nî fallor, satis vides, nullitatem huius pacti Clivensis, manifestissimam, in odium & fraudem fratris Gerhardi legitimi successoris, concepti. Sed Deus hæc totam litem morte Gerhardi sine liberis tandem diremit: & ab eo tēpore fieri potest, ut Adolphus etiam Marcanis Statibus, idem, quod & Clivenses antea fecerant, promittendi persuaserit, de quo tamen nihil certi constat. Ut sit, malè, &

66 † ineptè, Jurista apodicticus vel alterutrum, vel utrunque pactum ad præsentem litem accommodat: est enim diversissima huius Ducis Adolphi, & Ducis Wilhelmi (de cuius Ducatibus & Comitatus nunc agitur) ratio: ille non nisi unum Comitatum scilicet Cliviæ tum temporis quietè possidebat, hic vero quietè possedit Ducatus tres, Comitatus duos, & quidem omnes amplos, opimos, & magnificos, etenim si vera est descriptio, quæ ante aliquot annos in manus meas pervenit, so-

67 lus † Ducatus Juliæ, civitates viginti & unam, præfecturas triginta tres, præter dominia totidem: Ducatus Cliviæ, civitates viginti tres, præfecturas decem & octo: Ducatus Bergensis, civitates decem, & præfecturas viginti & unam: denique Comitatus Marcanus, civitates novendecim, & præfecturas quatuordecim: Comitatus autem Ravenspurgensis, præfecturas quatuor complectitur: Ut de arce & dominio in Ravenstein, bonis reliquis allodialibus nihil dicam. Non mirum igitur, si ad suos ordines Clivenses hac ratione & motiva usus est Dux Adolphus, nisi postulationi suæ annuerent, fore ut fratre Gerhardo succedente, iste Comitatus, per divisionem vel interiret, vel certe diminutionem pateretur. Sed quid inde? An factum hoc ad nostrum casum rectè poteris applicare? qui divisionem nullam, sed tantum discretionem & separationem harum

harum

harum terrarum exigit. Itaque in uno Ducatu verum esse potest, quod dixit Adolphus: de Ducatibus & Comitatibus pluribus coniunctis, est falsissimum: quid enim prohibet, quæso separari, quod antequam uniretur, fuit separatum? vides te iterum impingere (Jurista apodictice) quod uni eidemque formæ, omnes promiscuè calceos vis accommodare. Omnia hæc in arbitrio boni viri consistunt, † si hæreditas plures Ducatus, Comitatus, Dominia, vel alia bona allodialia complectitur, nemo sanus negabit, certis assignationibus hæreditatem esse dividendam, si plures sint eiusdem gradus successores: si tantum unus, & quidem tam parvus & exiguus, ut singuli, ex parte assignata, statum suum tueri non possint, ipsa necessitas compellit, ut alia ratione de hæreditate transigatur: sed si ille unus Ducatus ad tuendum duorum possessorum statum sufficit, etiam tunc dividendus est: *ut recte tradit insignis vir, Hermannus Vulteius & ante eum multi alij in supra allegato loco*: ratio est, quia omnes omninò Ducatus & Comitatus Germaniæ, ex recepta consuetudine sunt dividui: quod quia discurrens Jurista ultrò in sua apodixi fatetur, & exemptionem hæctenus nullam ostendit, privatam Adolphi pactum, ordinem succedendi receptum utique non mutabit.

Ad alteram causam quod attinet, nimirum † Imperium Romanum lacerari toties, mutatis rerum possessoribus, matriculam variari, pensionationes & collectas incertas reddi: ea, solâ inficiatione, corrui: aliter enim se habet rei veritas, si antiquæ divisiones harum terrarum imperium non lacerarunt, certè nec hodiernæ lacerabunt: si antiquæ in matricula, in pensionationibus, & collectis, nihil mutationis, nihil incommodi, nihil detrimenti attulerunt, quomodo hodiernæ afferre poterunt? Nihil decessit Imperio cum in locum familiæ Orciniæ, familia Grælenfis per matrimonium successit: nihil, cum in locum Grælenfis familiæ, Marcana substituta est: nihil, cum alij in aliorum locum mediante matrimonio, cum consensu

Imperatorum venerunt: quid igitur iam decedet, si in horum omnium locum Illustrissima familia Palatina beneficio matrimoniorum succedat? quia etiam in ipsa coniunctione singuli Ducatus iuxta matriculam Imperii suas retinuerunt pensionationes, quas unum solvere, vel plures, Imperii nihil interest: cui & non minus eodem modo per plures, quam per unum solum, & aliquando etiam commodius serviri potest: nec verba privilegii Maximiliani primi, narrative, non dispositive posita, tibi (apodicticè Jurista) vel minimum patrocinantur. Quæ aliæ Nationes in principatibus succedendi modum amplexæ sint, nihil ad nos Germanos attinet: certè apud Italos etiam dividuos esse principatus, testatur Julius Clarus *quæst. 44. num.*

70 *2. & alij.* Nec verum est, quod postea subiungis: harum ꝑ terrarum divisionem vel potius separationem Statibus & civitatibus, & subditis earum incommodam & detrimentosam fore: Si n. tales recipiant possessores & dominos, qui antiquum & quidem perpetuum & hæreditarium pactum maiorum suorum, quod unionis vocant, ad amissim se observaturos, leges, item, statuta, privilegia, immunitates, consuetudines, & omnia iura, singulis & universis facta & tacta conservaturos, solenniter iurent, non magis divisio, vel separatio iis nocebit, quam ipsorum maioribus antiquæ divisiones nocuerunt: Nam etsi diversos habeant dominos, tamen unionis vinculo manent & manebunt in perpetuum & hæreditariè invicè obstricti & obligati. Ergo moribus antiquis, res stet Juliana, nec recedatur ab eo, quod tam diu æquum visum est, cum nihil ferè exitu perniciosius sit, quam si leges quibus stat Respublica mutare aut innovare aliquis tentet: sic n. discurrens Jurista, tua verba, contra temetipsum retorqueri commòdissimè possunt, discurras, scribas, deducas, libelles, informes, quicquid velis.

Jam ad refutationem tuam (si Diis placet) refutationis transeo, ubi ab initio valde ridiculus es, quod argumenta & fundamenta, quæ tuis paradoxis & absurdis maximis in discursu meo ve-

rè Ju.

rè Juridico opposui, contemptim & nuda, & mera lappalia vocas, hoc est, ut ego quidem interpretor, futilia, aliena, irrelevantia, nihil ad rem pertinentia, nihil concludentia: ego verò, cū tua prętenſa fundamenta omninò talia esse, vel puer intelligat, ea rectiùs nuda & mera lappalia vocavero: non enim Germanismum, sed cum Germanico & Romano iura collata lapponismum sapiunt: verùm, his omissis, videamus tamen quid in mea refutatione in specie desideres.

Primùm, ais, me perperam scripſiſſe, † uniones in quibus 71  
hactenus Brandenburgenses certā victorię spem collocarunt, non terras ipsas copulare, sed perpetuam & hereditariam amicitiam & pacem inter dominos & subditos earum cōstituere. Scripsi, fateor, atque etiamnum idem affirmo: etenim verba & contextus confœderationis illius, quę in anno 1496, omnium procerum unanimi consensu inita, confirmata, sancita, sigillis munita, atq; adeò iureiurando roborata est, à calce, ad finem usque aliud nihil, quam hoc ipsum, continet de modo succedendi ne unicā quidem syllabā mentionem facit. At, inquis, ego ad illam confœderationem in meo quasi discursu non respexi, & ne nunc quidem eam pro unione illa provinciali seu generali harum terrarum habeo. Cur igitur, bone vir, statim ab initio tui discursus quasi Juridici sic loqueris: Primò quantum ad Jus Maioratus attinet, successiones tam Clivenses, quàm Juliacenses, eidem antiquitus subiacent, hoc est primogenito, vel eius linea deficiente, primogenitę deferuntur: & addis, postquam enim anno 1496, occasione nuptiarum Marię Juliacensis & Joannis Clivensis, utręque terrę ex pacto Principum cum subditis, ceperunt uniri, & Indivisibiles esse, hoc ius simul iis est illa, tum, utpote sine quo earum unio non conservari, nec ad posteritatem transmitti poterat, quippe, quod ita naturā comparatum sit, ut totum dividendo pereat. Hęc tua sunt, discurrens Jurista, verba formalia, sed quid nunc? pudet te huius fundamenti, negas te ad

istam confœderationem respexisse, & per consequens fateris id ipsum, quod ego tibi semper obieci, nimirum, malè te in hac unione, seu confœderatione, assertionem tuam fundare, cum successionis in ea nulla fiat mentio. Sed benè est, quod ipsa veritate convictus, mutasti sententiam, & aliud fundamentum quæsvisti, scilicet, pactum Adolphi primi Ducis Cliviz, in anno 1418. confectum: quod quia supra satis superque examinavimus, in præsentia, ne actum agere videmur, omittimus. Valde autem es mihi iniurius, quod cum scommate, & quidem putido, sordido, & obscæno mihi affectationem subtilitatis, obiecis: etenim non subtilis, non fucata, sed simplex est & aperta veritatis oratio. Animadverto quidem te admodum egrè ferre, quod te perversum & insanum esse dixerim: sed rei ipsius indignitas hæc mihi verba extorsit: tu, ut te vindices, me contra asinum vocas: quod ego tamen non ægrè fero, imò lubens fateor, me iam multis annis fuisse asinum, & quidem aulicum,

72 Sequitur † alterum caput refutationis meæ, quod positum est in distinctione cancellariarum, officiorum, privilegiorum, immunitatum, & aliarum rerum perpetua, atque etiam in ipsismet coniunctionibus observata: quid tu hoc? Differre, ais, unitatem numeri, ab unitate actionis: quod, quale sit, non satis intelligo, sed quod subiecis, Principatus nostros esse unum numero, nihil aliud est, quàm petitio principii, què argumentandi modum Logici explodunt: inter has terras autem & provincias Belgicas dissimilitudo est longè maxima.

Verum enim verò, libenter accepto confessionem tuam, quâ dicis, has terras, utpote limitibus, regiminibus, diætiis, & aliis rebus distinctas per naturam benè disungi & dividi posse: sed quod annectis, propter pactum disungi aut dividi non debere, tibi probandum incumbit: quod tamen nunquam, scio, facies.

*In §. & considera mihi, &c.* rursus liberè fateris, communiter

† scemi-

† foeminam ad primogenituram non admitti, ut quæ pro cõ- 73  
 servatione familiæ, cuius illa finis est, constituitur. Recte: Sed  
 quod addis, legem consuetudinis patriæ aliter esse scriptam:  
 iterum peccas, quia ipsum *νενομεινον* pro argumento tuæ con-  
 clusionis usurpas: Malè: & contra dialecticorum regulas: ho-  
 mogiales enim Ducis Adolphi literæ, hoc quod vis, non pro-  
 bant.

In §. quarto opponit, &c. valdè sudas, ut nobis persuadeas pri-  
 vilegium Caroli V. imaginarium tuum Maioratum confirma-  
 re, non abolere: ego verò econtra statuo, (quod & res ipsa lo-  
 quitur) istum Maioratum in his terris nè inter filios unquam  
 viguisse, multò minus inter filias, & propterea nec aboleti, nec  
 confirmari ab Imperatore Carolo potuisse: cum non entis nul-  
 læ sint qualitates: per vulgata iura. Hoc axioma certissimum  
 & firmissimum esse, supra in thesi 5. & 9. evidentissimè docui.  
 Itaque † de ista Maioratus confirmatione, impetrans Dux 74  
 Wilhelmus, & Cæsar Carolus concedens, ne cogitarunt qui-  
 dem: Sed hoc tantum petiit impetrans, ut, si liberi masculi de-  
 ficerent, filia omnes ex æquo ad successionem feudalem habi-  
 les essent: non (ut tu vis) iure proprio, & pro heredibus suis u-  
 triusque sexus, sed ex singulari gratia & beneficio, & quidem  
 pro hæredibus tantum masculis. Hæc & non alia fuit cum im-  
 petrantis vasalli, tum Imperatoris concedentis, mens, volun-  
 tas & intentio: quam tu discurrens Jurista, datâ operâ, conaris  
 pervertere, & invertere, saltem ut veritati fucum facias. Non  
 tuis hoc privilegium distinctionibus, & subdistinctionibus, nõ  
 glossis, non præsuppositis, indiget: per se clarum & ipso sole  
 meridiano clarius est, noli igitur in scirpo nodum quærere. Ad  
 habilitationem filiarum ex Wilhelmo & Regina Maria nata-  
 rum uterque unice respexit, salva tamen natura & proprietate  
 feudi, ut post filias ad successionem non admitterentur alii,  
 quàm masculi: quare falsissimum est, privilegium Carolinum  
 ideo pro filiabus fuisse impetratum, ut non solum ipsæ, sed &  
 conse-

consequenter omnis foeminea proles, eius vigore, semper ad successionem feudalem esset habilis. Sicut & hoc (quod sub-iicis) falsissimum est, nimirum, privilegium Maximiliani primi de anno 1508. non solum Mariam Juliacensem, sed etiam omnes eius heredes utriusque sexus capaces huius successionis fecisse. Nam verba, *für sich vnd ihre eheliche männliche Leibserben* / manifestissimè contrarium evincunt: Cætera quæ usque ad §. *progrediamur porrò*, &c. superioribus artexuisti, cum nihil aliud, quàm perpetuam & quidem odiosam principii petitionem contineant, ulla speciali refutatione non indigent: sed ipsa rei & veritatis evidentiâ per se corruunt.

Restat igitur postremum illud tuum quasi fundamentum: 75 nimirum † conventio matrimonialis Prutenica: mirabilis est structura, mirabile ædificium tuum, quod habet fundamenta contraria, ex quibus uno posito, tollitur alterum. Quæro igitur, (mâ domine Jurista apodiçtice) si ædificium tuum fundatum est in iure vel Maioratus, vel unionis, vel utroque: quid opus est fundamento alio? si, inquam, Ducissa Prussiæ tâquam primogenita, & ex natura feudi, & proprio iure successionis feudalis capax fuit, (ut tu vis, & ubique urges) priusquam desponderetur: quid quæso opus fuit in pactis dotalibus ipsi hoc ius adhuc semel conferre? Aut, si tum demum ex pacto hoc ius est consecuta: certè prius nō habuit: & hoc est illud ipsum quod tu per obiectionem, & solutionem libenter velles diluere, per indubitatum (ut tibi quidem videtur) axioma: quod semper, quando dispositio aliqua duas habet causas, licet una istarum auferatur, tamen remaneat altera, atque ita sustineatur dispositio. Validum profectò argumentum: Si duæ istæ causæ non sint contrariæ, non solum ipsæ inter se pugnent, sed ad eundem finem & scopum tendant: quod hîc longè aliter se habet: quia per rerum naturam fieri non potest, ut ius ex pacto acquiram, quod iure, antea, vel sine pacto habui, quod, inquam, ex qualitate feudi, & ordinationi perpetuæ legis mihi debetur:

debetur:

debetur: quomodo pacto acceptum feram? aqua igitur hæres, aut si mavis, ut mus in pice: & te contradictionibus implicas: Quod malæ & desperatæ causæ certissimum est indicium. Sed tamen, dicis causa, pergamus ad reliqua: primum temerè ( ut alia omnia ) affirmas in his pactis Statuum & civitatum consensu opus non fuisse, solum Principis iussum sufficere: Erras toto cælo, (mî domine discurrens Jurista) Erras, nam aliter de hac re Jurisperiti & loquuntur & sentiunt: aliud etiam privilegia terrarum postulant: aliud denique exempla demonstrant. Primum indubitatum est † dispositiones de Ducatibus & Comitibus, utpotè ardua negocia sine consensu & consilio Procerum & ordinum interessentium expediri non debere: Nevizant. *conf. 12. num. 156. inter consilia Alberti Bruni*. Secundò, ex recessu provinciali Juliacensi anno 1475. inter Ducem Wilhelmum & ipsius ordines inito, manifestissimè apparet, Ducibus Juliae & Montium non licere Ducatus suos cum pertinentiis in totum, vel ex parte, quocunque modo in alium transferre, nisi habitis comitiis provincialibus, communis omnium ordinum consensus & approbatio accedat, ut extractus lit. H. satis testatur, his verbis: *Fürter sollen wir / vnserer Freunde / vnnnd Nachkömbling / keine Versagung / Beschwerung / noch erbliche Giffte oder Übergab / in dem vorbeschreiebenen vnserm Land / von Gülch / thun / Sondern nach wissen vnnnd Raht vnserer Raht vnnnd Ritterschafft vnseres Landts vorgeschrieben / oder des meiffen theils darvon: Sonder argelift. &c.* Si oppignorare vel aliter gravare Ducatus suos Principes sine consensu Procerum non possunt; multò minus in dotem dare filiarum universos: à minore ad maius: quod argumentum in iure est validissimum. Et verò plurimum ordinum interest, cui domino & Principi obediant & pareant.

Accedunt tertio, exempla idem confirmantia, præsertim autem pacta dotalia Joannis Ducis Clivæ, & Mariæ conjugis de anno 1496. quæ & hoc habent, ut si fortè Dux Joannes ante

uxorem, vitam cum morte commutaret, vidua nuptias non repeteret, nisi & officiales, & equites, & subditi, in consilium adhibiti, eas ratas haberent, sin minus homagium & obedientiam ipsi impune recusarent. Ducissæ Sybillæ pacta diversum non inducunt, verba enim illa (*wir wollen heischen und befehlen*) ordinum consensus non excludunt, sed potius præsupponunt, ut exordium pactorum Saxoniorum clarissimè testatur, nimirum illos ipsos, qui hanc causam matrimonialem tunc egerunt, & tractarunt, præcipuos ex numero ordinum fuisse. Valde est autem frivola & impertinens illa tua solutio: quia, dicit, bonum Principem urbanitatis, vel cœrtesis, vel abundantioris cautelę gratia in pactis Prutenicis recepisse, se Statuum consensus curaturum: certe hæc clausula sufficienter præbat, pacti & conventioni Prutenicę ordines non interfuisse, & propterea Principem se eum consensus curaturum, cavisse.

In secundo argumento, maiorem propositionem non solum concedis, sed & laudas, & quidem rectè: sed quod distinctione conaris elabi, in eo nihil proficis. Nam omnes sani intelligunt, promissionem de Ducatibus & Comitibus in dotem Principi extraneo afferendis, esse alienationis speciem, quare & bona est consequentia: Hoc si tu Jurista apodictice non intelligis: helleboro opus habes, quod tibi cerebrum passionibus infectum emendet & corrigat.

77 Tertio meo argumento, paradoxum iuris opponis, scilicet, in pactis Borussia Imperatoris consensu opus non fuisse: contra iuris feudalis immota principia: sed quare? Hic aliud effugium non habes, quàm imaginarium tuum illud ius Maioratus & unionis: Id est, petitionem principii: quod enim in controversia positum est, hoc tu pro certo præsupponis: malè, ex vero non nisi verum, ex falso non nisi falsum sequitur.

quitur: cum igitur principia tua sint falsa, hoc est, figmenta & somnia, quid inde veri adstrues? De consensu Imperatoris per epistolam declarato, (quanquam & hæc quidem originaliter nondum sit edita) repeto, quæ sunt in discursu verè Juridico scripta, & ridicula est epistolæ simplicis, & rescripti vel decreti, causa cognita, per epistolam interpositi, & qui paratio: quod etsi ignorare te simulas: tamen (ut ex circumstantiis apparet) minimè ignoras.

Quartum meum argumentum de relatione ad privilegium Carolinum in pactis Prutenicis facta, non sic eludes, quod dubitas an relatio hæc in singulari numero ad unum Carolinum, an verò in plurali numero etiam ad alia privilegia sit facta: de eo si non libenter dubitares, causam, cur dubitares, non haberes, sic enim verba sonant, (*Krafft / vnd nach innhalt darüber hievor erlangten vnd bestätigten Kerserlichen privilegii*) &c. quid igitur? ad glossam tuam de vero scilicet intellectu istius privilegii recurris: sed hæc glossa non est interpretatio: est inversio vel potius everasio ipsius privilegii: iudicet æquus lector. Relationem autem illam, privilegium, quod vocas, unionis respicere, tam est absurdum, ut nihil possit esse absurdius: ratio est, quia neque in ipsa unione, neque in eius confirmationibus uspiam de modo succedendi sit mentio.

Quintum meum argumentum, de qualitate & natura feudi, sic in thesi secunda confirmavi, ut te contenta transactionis Venloyensis, non rectè perceperis, manifestè appareat: sed transeat etiam hic error, cum multis aliis: Et hæc quidem de tuis imaginariis & fictitiis fundamentis, maioratus, unionis, & conventionis matrimonialis, dicta sufficiant: quibus, cum videres non satis firma esse, ut ædificium tam amplum & magnificum in iis tutò posset recumbere, etiam alia fulcra in tuo discursu quasi Juridico supposuisti: nimirum Statutum Juliacense ab Impera-

tore confirmatum, & renuntiationes, Neoburgensem, & Biontinam.

78 Sed profectò etiam per hanc viam operam & oleum perdis: nam † etsi hoc statutum Principum, æquè ac nobilium, filias obligaret (quod nunquam probabis) tamen si nostræ hypothese applices, maioratum tuum nihil iuvabit, imò eum planè destruet, & in nihilum rediget. Hæc enim sunt statuti verba formalia: *Aber in seitten oder beyfälligen (qualis hic noster est) sol durch die sambelliche gebrüder / vnd Schwestern gleichheit in Erbtheilung vnd Scheidungen gehalten / vnd darin keiner dem andern vorgesehet werden* /c. id quod disertè cum privilegio nostro Carolino consentit: quid tu contra? ut iure civili statutum, sic statuto, specialior lex, & privilegium est potentius. Sed ubi est illa lex specialis? ubi privilegium speciale? Quod tuum maioratum comprobet? Certe nusquam: Si pactum Adolphi primi Ducis Clivæ pro lege, pro statuto, pro consuetudine nobis vis obtrudere, toto cælo erras: pactum enim non est lex, non statutum, non consuetudo: verum enim vero laterem lavo, furdo fabulam narro: tu nihilominus perpetuo & indefinenter ad conventionem illam Clivensem provocas, eamque dicis esse principiorum principium, & legem provinciarum fundamentalem, nunquam antiquatam, nūquam immutatam, nunquam correctam. Quia igitur non ipso sole non agnoscis lucem, vel potius studio partialitatis exæcatus non potes, aut denique non vis eam agnoscere: illa tamen propterea non desinet esse lux, iis, qui tali vicio non laborant.

De renuntiationibus repeto, quæ in discursu verè Juridico, *S. sed quicquid*, usque ad *S. nunc videamus*, &c. tuæ assertioni opposui: quæ, etiamsi rumparis, solidè refutare nunquam poteris. Rectè monent logici, cum iis qui principia negant, non esse disputandum: hoc cum tu (discurrens Jurista) in omnibus tuæ apodixeos partibus facias, perpetuò iis, quæ assertioni tuæ advertantur, aliud nihil quàm repetitionem principii opponens:


nens: refutationem ulteriorem ( utpote quę lectori odiosa atque ingrata esset futura ) nunc omitto: præsertim quia vel cæcus videt, vel infans intelligit, imaginaria tua fundamenta talia esse, ut simul stare non possent, sed absque ulla refutatione se invicem destruant. Quid enim, quęso, † si ius maioratus hoc Ducatus & Comitatus indivisibiles facit, eos per unionem hanc qualitatem indivisibilitatis adhuc semel oportuit assumere? Si maioratus per pactum Adolphi fuit introductus, sic ut proprio iure primogenitus vel primogenita ad successionē feudalem vocaretur, quid opus fuit, etiam post pactum habilitationem ex singulari gratiā à Cæsare impetrare? Quid opus fuit hoc pactis dotalibus inferere? Si iuniores filia huius successionis semper fuerunt incapaces, in quem finem & usum renuntiationes ab iis sunt postulatę? Quare in his ipsis renuntiationibus, extinctâ lineâ masculinâ, sibi aditum ad paternam hæreditatem expressè reservarunt? ibi: ) Doch desfalls/ da die hochgeborne Fürsten / Herz Carl Friedrich/ ynnnd Johann Wilhelm vnserer freundtsche liebe Brüder / ohne eheliche Leibs Erben abgehen würden / ) &c. Si soli vasallo licet de his terris etiam absque consensu domini testari, pacisci, disponere, ex filiabus vel uni, vel pluribus successionem feudalem deferre, certe hi Ducatus & Comitatus non feudales erunt, sed patrimoniales: quod omnium est falsissimum. Sunt igitur fundamenta tua omnia, non fundamenta, sed potius figmenta, quæ nihil possunt contra veritatem operari: cuius ( ut inquit Cicero in oratione ad Vatinius ) tanta est potentia, ut nullis machinis, aut cuiusque hominis ingenio & arte subverti unquam potuerit: & licet in causis nullum patrõnum vel defensorem habeat, tamen per se ipsa defenditur: ideoque in alio loco ( in oratione pro Marco Cælio. † O magna vis veritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, solertiam, contraque fictas omnium insidias, facillè se per seipsam defendit. cum qua sententia notabili † hoc scriptum concludo: Ex quo lector bene.


82 *Apologia pro Discursu verè Iuridico.*

volus satis, nî fallor, intelligit, verum esse, quod prius in discursu meo Iuridico asserui, nimirum in bonis feudatibus Domine Electrici Brandenburgicæ, utpote non capaci non habili, proffusus nihil: in bonis verò allodialibus seu patrimonialibus, iure representationis, quartam partem deberi: reliquum omne, tribus sororibus ex æquo competere: & per consequens, falsam esse Juristæ apodictici assertionem, huic contrariam: hoc quidem tibi durum videtur: sed tamen iniquum non est: quia privilegium Carolinum, unica norma huius controversiæ decidendæ sic scriptum est, sic Imperatori & domino directo, sic etiam foeminarum litigantium communi parenti placuit: fiat igitur Iustitia & huius privilegii executio, & pereat mundus: 82 interim tamen & † vivat, & floreat, Illustrissima & laudatissima domus Ducalis Palatina ad Rhenum, vivat, inquam, & floreat in perpetuum. Amen.

*Tandem bona causa triumphat.*







Beilagen zu der Apo-  
logia pro Discursu verè Iu-  
ridico gehörig.

In Causa Juliacensi.

Gedruckt im Jahre / 1615.





W In Gottes gna-

A.

den/ Wir Johan Sigmundt Marggrave/ vnnnd Churfürst zu Brandenburg/ als Legitimus Administrator vnserer geliebten Gemahlin/ Frayen Anna / geborner Hertzogin in Preussen: Vnd Wir von desselben Gnaden Philips Ludwvig Pfaltzgrave bey Rhein/ ic. als gleichmässiger legitimus Administrator vnserer geliebten Gemahlin/ Frayen Anna / Pfaltzgräfin bey Rhein/ geborner Hertzogin zu Göllich / Cleue / vnnnd Berg/ ic. Vnd dann wir Wolffgang Wilhelm Pfaltzgrave bey Rhein/ ic. als Bevollmächtigter vnserer gnedigen geliebten Frau Mutter erstgedacht. Bekennen vnd thun kundt hiemit öffentlich: Demnach nach begebenem tödelichen Abgang weylandt des Hochgebornen Fürsten / Herrn Johan Wilhelms Hertzogen zu Göllich / Cleue / vnd Berg/ ic. Christmüter Gedächtnuß/ vnserer des Churfürsten zu Brandenburg geliebter Bruder/ Marggrave Ernst/ zu Brandenburg/ vnd Wir Pfaltzgrave Wolffgang Wilhelm / als beederseits in die Gölchische Lande sonderbaher abgeordnete / auß

A ii

vielen wichtigen / erheblichen Ursachen / Zuorkom-  
 mung vnd Abwendung gewissen Nachtheil vnd Schadens / so den sammentlichen Interessenten an diesen Lan-  
 den sonsten zu befahren gewesen / bewogen / vnd gleich-  
 samb getrungen worden: Vns beyderseits in der Ehl/  
 durch zuthun embsige vnd eyfferige Bemühung / vnnnd  
 Interposition des Hochgebornen Fürsten / Herrn  
 Moritzen Landtgraven zu Hessen / ic. Vnsers freunde-  
 lichen lieben Vettern vñ Gevatteren / gedachten sambt-  
 lichen Interessenten / so wol auch den Gälischen /  
 vnd andern zugehörigen Landen selbstem zum besten /  
 eines Interim Mittels provisions weiß / zu Dort-  
 mundt / vnderm letzten Mai / nechst verschiene Jahr zu  
 vergleichen / vnd aber des Hochgebornen Fürsten Herrn  
 Johansen Pfaltzgraven bey Rhein / ic. Vnsers freunde-  
 lichen lieben Vettern / Sohns / vnd Brudern L. zusor-  
 derst aber dero Frau Mutter / Frau Magdalena / ge-  
 borne Herzogin zu Gälisch / Cleve / vnd Berg / ic. ab sol-  
 cher Vergleichung ungeacht des reservats, so der Ver-  
 gleichung ihrer / so wol auch des Marggraven zu Bur-  
 garw / vnd dessen Gemahlin LL. wegen / einverleibt ge-  
 wesen / Beschwerung getragen / vnd solche für præju-  
 dicierlich / Ihr / vnd Ihrem bey diesen Gälischen ic.  
 Landen Succession habenden Recht angezogen / Laut  
 des sub dato am 1. Julij Anno, &c. 1609. an Marg-  
 grave Ernst zu Brandenburg / vnd vns Herzog Wolff-  
 gang Wilhelmen Pfaltzgraven ic. abgangenen Schret-  
 bens/

bens/ Daß Wir Herzog Wolffgang Wilhelm/ neben  
 Sr. Maggrave Ernsts L. darauff/ durch ein sonderbah-  
 re Abordnung S. Herzog Johansen Pfalzgraven/ vnd  
 dero Frau Mutter L. vnfers Intents durch angereg-  
 te auß tringenden Ursachen ehsfertig vorgenommene  
 Vereinigung in einigem weg zu præiudiciren gemeint  
 gewesen/ so dann auch sonsten vom gantzen Verlauff  
 Bericht vnd Information thun lassen/ Der gestallt/  
 daß ihre L. vff embsige vnd zuständige Erinnerung vnd  
 Vnderhandlung deß Herrn Churfürsten Pfalzgraven  
 zc. Württemberg vnd Badens/ zc. LLL. vnd endlich  
 sich ihres theils/ vermög ihrer deßhalb an Marggrave  
 Ernsten zu Brandenburg/ vnd vns Herzog Wolffgang  
 Wilhelm Pfalzgraven/ zc. so wol auch die sametliche  
 Landstände / gethanen sonderbahren Erclerungs-  
 schreiben damit benügen lassen/ Doch wofern wir vns  
 deßwegen gegen deroselben etwas mehrers erclerten/  
 vnd zu bezeugung dessen ein sondere Schrift dero ein-  
 hendigten vnd oberreichten/ Wann dann wir die Prin-  
 cipaln selbstn/ so wohl als wir Herzog Wolffgang Wil-  
 helm Pfalzgrave/ zc. dessen durchaus kein Bedenckens  
 gehabt/ So bekennen vnd ercleren wir vns ferner hie-  
 mit in Crafft diß in bester Form vnd Maß es immer ge-  
 schehen kan/ oder mag/ Daß durch die angeregte zu  
 Dortmundt vnder dem letzten Maij negsthin/ auffge-  
 richtete mit Handen vnd Sigell becräftigte/ auch seithes-  
 ro von vns den Principaln ratificierte Vergleichung/

weder offtbemelten Fürstlichen Zweybrückischen Frau  
 Wittiben/ zc. noch auch einigen Ihrer L. Erben/ vnsern  
 freundtlichen lieben Baasen/ Nuhmen/ Schwägerin/  
 Vetter/ Sohn/ vnd Brudern/ nichts zu nachtheil we-  
 der in possessorio noch petitorio, in keinerley weiß  
 noch weg/ wie das erdacht werden möchte/ verhandelt/  
 oder verhandelt haben wöllen/ Daß auch das jenig/ so  
 wir Grafft mehrgedachter Dortmündischer Verglei-  
 chung/ oder sonsten auch noch ferner in diesen Landen  
 vornemen/ vñ anordnen würden/ Ihrer LL. gleicher  
 massen zu keinem Versang/ Abbruch/ oder Schmäle-  
 rung Ihrer habenden Besizung/ oder Recht/ bey dies-  
 ser Succession in etnigen wege nicht gereichen/ ver-  
 standen vnd gedeutet werden/ sondern soll Ihren LL. ihre  
 Recht/ Anspruch/ vñnd Forderung/ an die sambtliche  
 hinderlassene Göllichische zc. Lande durchauß ganz vol-  
 kommenlich/ vnd allerdings ungeschmählert/ allermas-  
 sen als wan diese Dortmündische Vergleichung niema-  
 len were getroffen/ oder auffgericht worden/ vorbehal-  
 ten seyn vnd bleiben/ biß entweder durch güttliche oder  
 rechtliche Erörterung diese Sach hingelegt/ vñnd ihre  
 Endischafft erreicht haben wird/ Auff welchen fall wir  
 sambt vnd sonders hiemit bey vnser Fürstlichen wahren  
 Worten/ Trawen vnd Glauben versprechen vnd zusa-  
 gen/ dem jenigen so der gestallt güttlich oder rechtlich  
 einem oder dem andern ab: oder zuerkandt wird/ ohne  
 einige Ein: oder Widerredt/ würcklich zu geleben/ vnd  
 vollm:

Zu der Apologia.

7

vollstreckung zu thun. Daben wir vns dessen auch hiemit erclären/ daß J. L. in dem zwischen Marggrauve Ernsten zu Brandenburg/ vnd vns Hertzog Wolff: Wilhelm Pfalzgraven/ıc. zu Dortmund/ vnderm dato den letzten Maij jüngsthin verglichenen/ vnd von vns vnderschriebenen vnd gefertigten Aufstrag/ oder einem andern/ dessen man sich noch vergleichen möchte/ so wol als wir begriffen seyn/ Auch zu dero bevorstehenden Tractation/ durch die allbereit erbettene/ oder andere Vnderhandler/ oder Schiedts Richter/ erfordert/ zugelassen/ vnd wegen dero anforderung gehört/ vnd also diese gemeine Sach Coniunctim & pari passu fürgenommen/ verglichen/ oder entscheiden werden soll.

Zu Brkandt haben wir die obbenante Shur: vnd Fürsten diesen Brieff mit eygnen handen vnderschrieben/ vnd mit vnsern Secreten versiegelt/ vnd becräftigt. Geschehen zu Hall in Schwaben/ den vier vnd zwanzigsten Januarij/ im sechzehnhundert vnd zehenden Jahr.

Hans Sigmundi  
Churfürst.

Philips Ludwig  
Pfalzgrau/ıc.

Wolfgang Wilhelm  
Pfalzgrau/ıc.

Hertzog

B.

# Hertzog Johansz zu

Glebe/ der Hertzogthumb Gälch vnd zu dem  
Berg/ vnd der Graffschafft Ravens-  
spurg halben/ Regalia.



Ir Carol/ze. Bekennen öffentlich  
mit diesem Brieff/ vnnnd thun kundt  
allermänniglich/ Wiewol wir allen  
vnd jeglichen vnsern vnd des heiligen  
Reichs Vnderthanen vnd getrewen/  
vnser Keyserliche Genad vnd Gütig-  
keit mitzutheilen geneigt seyn: Jed-  
och so ist vnser Kayserlich Gemüht billich mehr bewegt/  
gegen denen die vns vnnnd dem heiligen Reich/ als die  
nächsten Glieder/ die Pürdte desselben Reichs mit ge-  
trewen Diensten/ Ihrer Leib vnnnd Güter helfen tra-  
gen/ Sie mit sondern vnsern Kayserlichen Gnaden zu-  
fürschen.

Wann vns nun der Hochgeborne Johansz Hertzog  
zu Gälch/ zu Glebe/ vnd zu dem Berg/ vnd Grave zu  
der Mark/ vnd zu Ravensspurg/ vnser lieber Oheim  
vnd Fürst/ durch die Edlen vnser vnd des Reichs liebe  
Getrewen Wilhelmen Herrn zu Kemmenberg/ vñ Wey-  
reichen/ Graven zu Lüneburg/ vnd Herrn zu Oberstein/  
Also der Sachen sein vollmächtige Anwälde/ mit ge-  
nugsamen verschriebenen Gewaldt/ den sie deshalben  
besigelt

besigelt vor vns haben fürbracht/ zu erkennen gegeben/  
wie er seine Regalia vnd Lehen in eygner Person zu emp-  
pfahen willig were/ aber dieser Zeit mit mercklichen An-  
ligen vnd Geschefften/ vnd sonderlich/ Ansechtung vnd  
Anstoß seiner Landt beladen/ Deshalb er dismals zu  
vns an vnsern Kayserlichen Hoff mit seiner selbst Per-  
son/ nicht hab kommen mögen/ als er dann zu thun schul-  
dig were/ vnd gern thete.

Vnd vns darauff demüthiglichen angeruffen vnd  
bitten lassen/ Daß wir ihme die Herzogthumb/ vnd  
Fürstenthumb Gölch/ vnd zu dem Berg/ vñ die Graff-  
schafft Ravenspurg/ vnd alle andere seine Herrschafft  
vnd Lehenschafft/ mit sambt allen vnd seglichen ihren  
Fürstlichen Würdigkeiten/ Ehren/ Herligkeiten/ Herr-  
schafften/ Graven/ Herrn/ Mannen/ Manschafften/  
Engenschafften/ Pfandschafften/ Rittern/ Knechten/  
Landen/ Leuthen/ Schössern/ besten Städten/ Man-  
lehen/ Dörffern/ Rentn/ Nutzen/ Gütern/ Gültten/  
Rechten/ Gerichten/ Wiltbannen/ Wälden/ Wiesen/  
Eckern/ Wassern/ Wasserflüssen/ Wanden/ Teichen/  
Fischeren/ Zollen/ Glaytten/ Fahnen/ Panieren/  
Strassen/ Gebieten/ Bergen/ Bergwercken/ Mün-  
zen/ Mühlen/ Thalen/ Elen/ vnd allen andern ihren  
Zugehörungen/ wie die genant seyn/ nichts außgenom-  
men/ noch hindan gesetzt/ mit allen Rechten/ Alßdamm  
die von vns/ vnd dem heiligen Reich zu Lehen rühren/ zu  
seinem Rechten zu verleihen/ gnediglich geruhen.

B

Desß haben wir angesehen solch desß genandten vnsern lieben Dheim vnd Fürsten / Herzog Johansen des mühtige Bitt / vnd auch müglich willig vnd angenehme Dienst / die seyn vordern / Weylandt vnsern Vorfahren Römischen Kaysern vnd Königen / vnnnd dem heiligen Reich in vergangenen Zeitten gethan haben / auch derselb Herzog Johansß vns vnd dem Reich gethan hat / zu thun willig vnd bereidt ist / noch täglich thut / vnd fürbaß wol thun mag / vnd soll / in künfftigen zeitten.

Vnd haben darumb mit wolbedachtem Muth / guttem zeittigem Raht / vnd rechter Wissen / alsß Römischer Kayser / dem vorgenandten vnserm lieben Dheim vnd Fürsten / Herzog Johansß / vnd seinen Lebens Erben / die gedachten Herzogthumb vnnnd Fürstenthumb zu Gölch / vnd zu dem Berg / vnnnd die Graffschafft zu Ravenspurg / vnnnd all ander sein Herrschafft / Lebensschafft / vnd Pfandschafft / wie die weylandt Herzog Wilhelm zu Gölch vnd zu dem Berg / vnnnd Grave zu Ravenspurg ingehabt hat / Mit allen vnnnd jeglichen ihren Fürstlichen Ehren / Würdigk. itten / Stätten / Schlößern / Märckten / Dörffern / Landen / Leuthen / Mannen / Rechten / Gerichten / Freyhen Stuehlen / Freyen Gerichten / Gebieten / Zollen / Strassen / Blaitten / Fahnen / Panieren / Lehen / Manschafften / Eigenschafften / Pfandschafften / Güttern / Gülten / Zinsen / Nutzen / Wildipennen / Fischereyen / Wassern / Wasserlauffen / Bergwercken / Müncken / Mühlen / vnd mit andern

andern ihren Zugehörungen / wie die genandt / vñnd  
 woran die seyn / nichts außgenommen / noch hindan ge-  
 setzt / zu seinem Rechten gnediglich gereicht vñnd verlie-  
 hen / Reichen vñnd verleyhen Ihme die auch von Röm-  
 scher Kayserlicher Macht / wissentlich in Crafft dieses  
 Brieffs / was wir Ihme dann daran von Rechts wegen  
 leyhen sollen vñnd mögen.

Die nun fürbaß von vns vñnd dem heiligen Reich  
 zu rechtem Fürstlichem Lehen zu haben / zu behalten / zu  
 besizen / vñnd deren zu gebrauchen vñnd zu genießen / als  
 dann solcher Herzogthumb / Fürstenthumb / Graff-  
 schafft vñnd Herrschafft vñnd Lehen Recht vñnd Herkom-  
 men ist / von allermenniglich vnverhindert / doch vn-  
 schendlich vns vñnd dem Reich / vnsern Namen / vñnd sonst  
 jederman an seinen Rechten / Vns haben auch die vor-  
 gemeldten Wilhelm Herz zu Kemmenberg / vñnd Weirich  
 Graff zu Limburg / in Crafft des obberührten gegebe-  
 nen Gewaltts / im Namen / an statt / vñnd in stelle des  
 vorgedachten vnser Dheims vñnd Fürsten / Herzog Jo-  
 hansen gewöhnlich Gelübt vñnd Aude gethan / vns als  
 Römischen Kayser von solcher Regalia vñnd Lehen we-  
 gen / getrew / gehorsam / vñnd gewertig zu seyn / vns für  
 seinen rechten natürlichen Herrn zu halten / zu dienen /  
 vñnd zu thun / Als daß ein Fürst zu Gölch vñnd zu dem  
 Berg / vñnd Graff zu Ravenspurg einem Röm. Kayser  
 oder König / seinem Lehen vñnd rechten natürlichen vñnd  
 ordentlichen Herrn zu thun pflichtig ist / ohne gesehete.

